l.cũ ad præsens, a ff.si cert. pe. Tertiò propriè; & tunc est quando confertur in futurũ euentum, siue incertitudo sit respectu rei, b siue diei, licèt aliquæ glo. dubitauerint de die mortis. Ita tenet glo. in l. in omnib⁹, c ff. de re.iu. tex. ẽ in l. qđcunque §.1.ff. de verb. obliga.

7 De conditione in matrimonio, aut in religione, Vide infra, matrimonium. 3, Impedimento. 3.& religiosus.§.4.de condi.dona. Vide infra, donatio.1.§.46.

8 Conditio possidentis potior est, vbi est par cã d turpitudinis. ff.đ cõdi.ob tur.cau. l.si ob turpẽ. §.porro.

9 Verum conditio tacita faciat ꝯ̃ctum cõditionalẽ? R. ꝙ non. facit.l.cõditiones. e ff. de ꝯdi. & demon. de quo dic, vt ĩ. Matrimoniũ. 3.impedimento.3.§.1.

10 Verũ conditio, quæ omnino est extitura, suspẽdat, Vide infra, Matrimoniũ.3. Impedimento.3. in princ.

11 Verum conditio viciet aliquando contractum, an vicietur? Res. vt colligitur in ti.de condi. ap. per doct. & per legistas de condi. & de. & alijs locis, ꝙ aut cõditio est cõtra naturã & substantiam ꝯtractus, & sic viciat cõtractum, & nõ viciatur, vt in c.fi.de condi. ap. facit l.cum hi.§.si prætor, f ff de transac. & id dicitur de substãtia actus, sine quo non p̃t stare actus. & econtra non dicitur de substantia act⁹, sine quo p̃t stare, vt cõiter no. doc. in d.c. fin. facit, ꝙ no. Bart. g in l.1.ff.de lib. & post. & ꝙ no. in l.1. ĩ prin.ff.de ver.ob. & hoc verum primò, si apponatur a principio ꝯ̃ctus. Secus, si post contractum, quando contractus non p̃t dissolui volũtate ptiũ, vt matrimoniũ.c.dixit.32.q.4. & ca.ex literis, de diuor. & votũ, & hmõi, facit l.per seruũ.§.denique h ff.de vsu, & habi. Secundò verũ, si per ambas partes apponaẽ, & de alijs vide infra, Matrimonium. 3.impedimento. Aut nõ est contra substantiã cõtract⁹, sed est aut impossibilis, aut turpis, & sic viciaẽ, & reijcitur, i & non intrat in contractibus spũalib. puta matrimonio, & voto, & hmõi, vt no. in d.c.fi. In contractibus autem temporalib. regulariter viciat, vt no. ĩ gl. in d.c.fi per iura in ea allegata. & hoc intellige ĩ ꝯtractibus, q̃ fiunt inter viuos. In contractib. verò, q̃ fiunt in vltima voluntate, sic distinguo. aut conditio ĩpossibilis adijcitur in personam onerati, vt puta testator iubet, ꝙ hæres suus digito tãgat cœlũ, & si non tetigerit det cẽtũ Dino, & sic non valet legatũ de centũ factum Dino, q̃a conditio viciat, in sti.de leg.§.fi. k no gl. in l. vnica.C.de his, quę pę. no. & ibi tenet cũ hac distinct. Aut impossibilis conditio adijcitur ĩ p'sona onerati.i. ei⁹, cui fit legatũ, vel eius q̃ hæres instituiẽ, q̃a sub condi

a L.cum ad præsens] Ponitur ibi exemplum, vt si Rex Parthorum viuit, & ibi vide gloss. de præterito aũt exẽplũ potest poni, si Rex Franc. duxit vxorem.

b Respectu rei] Exemplum, vt si ascenderis capitolium, si dederis vestem, vel io. respectu diei, si nauis ex Alexandr. venerit vsque ad pascha, &c. Vel lego, cum eris liber, vel partum ancillæ, vel fructum fundi.

c In omnibus] scilicet obligationibus nella s. quæ est gloss. magistra, & text. d.§.1. ponit exẽplum de stipulatione facta, cum morieris &c.

d Par causa] puta dedisti mihi. sn. vt committerem aliquod malum.

e L. conditio.] extrinsecus, non ex testamẽto venientes id est, quę tacitè inesse videntur, non faciunt legata cõditionalia, gloss. veluti si a legatario primo tibi legetur vel a substituto, inest semper hæc conditio, si ille suum legatum agnouerit, aut substitutioni locus fuerit. Adde exemplum in l. interdum, in princ. ff. de verborum obligationib. vbi dicit interdum stipulatio pura capit dilationẽ, vt si stipuler mihi dari fruct⁹ futuros, vel ancillæ partum, quia intelligitur, cum erunt nati. Item cum sim Romæ, vel Florentiæ, & stipuler mihi dari Ephesi, vel Aphricæ, intelligitur cum ibi erimus. l. si continuus.§.cum ita de ver.ob. & sic inest tacita conditio. Quæ tamen stipulationem conditionalem non facit.

f §.si prętor] Omissio solennitatũ a iure requisitarum viciat transactionem, vt ibi puta, quia fuit facta transactio citra causæ cognitionem, & vide Bartol. ibi & Bal. qui singulariter limitat, In l.fin.C.de sen.ex peri. recitan. & ratio hui⁹ dicti ab autore est, quia remota substantia, actus ipse cõsistere nõ potest, vt c.tua, nos, de spon.

g Facit ꝙ nota. Bar. Ibi dum opponit de d.§. si prætor. Sed melius habetur per eundem in l.prolatam C. de sen. & interlo.om.iu di. vbi sñia lata omissis substantialib. iudicij, vt litis contestatio & huiusmodi, est nulla, & in l.1.in prin.de ver. ob. no.de substantia lib. obligati. in vt si omittatur interrogatio & hmõi.

h §.denique] Si legaẽ fructus dẽpto, vsu legatũ ẽ inutile, & ecõuerso, si legatur vs⁹, dempto fructu, totũ vẽ adeptũ. Et ibi glo. ponit exemplũ de conuerso, qui si conuertitur, & vult sibi aliquid retinere, nulla est cõuersio, quia illa retentio est ꝯ̃ votũ. & subdit glo. quod si prius fit conuersio, vel legatum, & postea velit conuersus sibi aliqd retinere, vel de legato vsũ adimere nulla ẽ retẽtio, & ad emptio nulla.

i Et reijcitur] scil. conditio, & hoc fauore mrĩmonij, ſm Abb. ibi.

k Inst. de leg.] Vbi

Vbi bona glo. quæ hanc facit distinctionem.

a §.impossibilis]Ibi dicitur, Impossibilis conditio in legatis, institutionibus, & libertatibus pro non scripta habetur Et nota secundum glo. ibi quod tripliciter dicitur conditio impossibilis, natura, vt si cœlum digito tetigeris.§. impossibilis, institu.de inutili.stipulati. Item de iure, vt si patrem ab hostibus non redimeres, vel huius modi, quia ius præsumit nos hoc facere non posse. ff.de conditi. l. conditiones. & l. filius. Et in illis duobus casibus habet locum d. § impossibilis, insti.de hæred.insti. Item de facto vt si montem au reum dederis. Et hoc casu non valeret institutio, vel libertas, cum non animus dandi fuerit interpretamente. ff de sta tu. lib. l cum hæredes. § 1. Adde quartam impossibilitatem, per plexitaté, & ista vitiat, & de ista loquitur. l. si Titius, ff de condi.

tione impossibili alicui fit legatum, vel alicuius instituitur hęres, puta si Titius cęlū digito tetigerit, hęres esto, vel habeto centū, & isto casu fauore vltimæ voluntatis reijcitur, conditio & valet institutio, & legatum, institu.de hære.instit. §.impossibilis, a & commu niter docto.in d. §.fin. inst. de le.Bart. tñ b in l. 1 ff.de condi insti. tenet contra prædictā distinctionē, de qua ibi vide. sed parū ad nos. & no.quod conditio turpis, c aut ipossibilis quò ad hoc æquiparantur, vt in d.ca.fi. not.aut conditio non ē nec turpis, nec īpossibilis, nec contra substantiam actus, & sic vitiat, vt no.in c.de il lis, d de condi.appo.

CONDVCTOR Quis dicatur, Vide infra, locatio, in princi. Et quomodo

insti.vbi dicitur, si Titius hæres erit, Seius hæres esto. hæc sunt perplexa, quia non potest Seius hęres esse, nisi primò sit Titius. Et si Titius erit hæres, quomodo Seius erit. Et ad d. §.impossibilia, concordat. l. 1. ff.de condi.insti. et l.obtinuit, ff.de condit & demon stra. Et potest etiam dici, quòd ideo non vitiatur in istis tribus iuribus dispositio, quia est fauore libertatis, & vltimæ voluntatis. Et adde Barto. examinantem istas quatuor species impossibilitatis in l. 1. ff. de condi.institut. & Ange.de Aretio. in d §. impossibilis.

b Bar.tamē]Dicit enim ibi Bar. hanc distinctionem hic positam esse contra casum. l. si mihi & tibi. § si quis seruos, de lega 1. sed certè ibi non loquitur de impossibilitate, sed difficultate Ille enim, qui Romæ testamentum fecerat, damnaueratque hæredem vt post triduum daret Titio seruos, quos Gadibus habebat, id est certis locis distantibus a Roma, fortè per. 10. dies, tenet legatum licet impleri nō possit in triduo, quia illud accidit ex postfacto. Nam testator vt dicis ibi gl poterat superuiuere tanto tempore, quòd poterat ibi seruos adducere. &c.

c Conditio turpis]Vt scilicet si occideris hominem si fornicatus fueris &c.

d De illis]Exemplum, accipiam te in vxorem, si do naueris mihi centum, Et sic iuro. si vxor non donat centum, non tenetur eam accipere, nec erit periurus.

e Respon Panor.]In ver.ad primum autem, vbi secundum Inno.dicit sic.vbicunque sit positio, quòd fuerit publicè deprehensus, conuictus, vel confessus, debet respondere, ar.capi vestra, de coha. cle. & no. l er. Et dato, quod possit non fiat, tamen si ceremonia est talem similiter infamatur de ea, si de illo, & ita rogatur, tenetur respondere, siue agatur per modū accusationis, siue inquisitionis, siue et am per modum exceptionis, vel etiam qualicunque modo agatur sine criminaliter, siue ciuiliter cōtra ipsū. Ratio autem est secundum Inno. quia certum est, quod talis infamatus tenetur se purgare per iuramentum pri priū, & compurgatorium. c 1. de con fes de purg ca.c.

est excommunicatus, qui ante tempus conductionis cōducit domum Bononiæ alicuius doctoris, vel scholaris sine consensu ipsius inquilini, Vide infra, Excommunicatio. 7. Casu. 4.

CONFESSIO Delicti an sit facienda ad interrogationem iudicis? Resp. Panormitan. e in c. super, de confes. aut proceditur a iudice per inquisitionem ex mero officio iudicis, & tunc si factum, est notorium, vel infamia flagrat. vel quando semiplenè f probatum est, & sic respondere tenetur veritatem, sub pœna mortalis peccati secundùm Thom. g secunda secundæ quæstione. 69. arti. 1 text. nota in capitulo cum dilecti, h de acc. & hoc verum, quando nō agitur ad aliam pęnam, i quā

quoties, ergo fortius tenetur per iuramentum suum dumtaxat. Addit tamen Innoc. quod non compellitur se purgare præcisè, sed causatiuè tātum, vnde si renuit iurare, punietur tanquam conuictus, vel alia via contra ipsum procedetur, secundum quod negotij qualitas requirit, arg. l de ætate. §. qui tacuit, ff. de interrog. acti. Et c si. de iuramen. calum.

f Semiplenè]Puta per vnum testem.

g Mortalis peccati secundum Thom. 2. 2. Ratio est, quia quicunque facit contra debitum iustitiæ, mortaliter peccat. Nam pertinet ad debitum iustitiæ, quod aliquis obediat suo superiori in his, ad quę ius prælationis se extendit. Iudex autem superior est respectu eius, qui iudicatur. Et ideò ex debito eius tenetur accusatus iudici veritatem exponere, quam ab eo exigit secundum formam iuris, vnde, si confiteri noluerit veritatem, quam dicere tenetur vel si eā mendaciter negauerit, mortaliter peccat. hęc beatus Tho. vbi supra.

h C.cū dil.]hī n ibi, quod generales inquisitores possint procedere ad inquirendū de veritate criminū etiam nō receptis testibus super infamia. Satis enim eis est, quod constet de infamia propter frequentem clamorem.

i Ad aliam pœnam]Puta agitur, vt a consecratione, vel ordine repellatur. c. per his, de accusa.

Di plicī.

a Duplicibus,& simulatis] Tu vide Sco. in 4. dist. 15. de verbis dicendis.
b Si sit maior] De ista materia plenè per Host. titu de confes. §. 1. versi. si maior. aliquid per Ioã. And. in addit. ad spe. de confes. §. sequitur, post prin. per Cyn. in l. vnica, C de cõfes. per Barto. in l. certum. §. in pupillo, ff. de cõfessio. & Abb. in d. capitu. ex parte, de confes. examinat. Et de omnibus his requisitis vide plenissimè per Abba. vbi supra vbi format vtiles quæstiones &c.
c Ita not. glos.] D. And. in d. ca. si cautio, dicit sub dubio, fortè, q; de æquitate canonica valeret talis confessio facta, parte absente, quia sola mẽs debet ad hoc sufficere, quomodocunque de ea constet, gloss. 4. no. in c. quocies. 1. q. 7. quod maximè procedit, quãdo transit in dispositionem, quæ sit ex aliqua causa stimulante conscientiam. ff. de constit. pe. l. si Titius. sed istud dictũ quod etiã tenebat Ioã. An. ibi, limita, vt hic quia cum confessio sit simpliciter in fauorem absentis, non videtur ex certa scientia facta, sed potius ex abrupto, & ex aliqua occasione. sępe enim ad se excusandũ

spiritualem. si verò factum non est notoriũ, neque flagrat infamia, tunc non tenetur respondere, ar c. qualiter & qñ, el. 1. de accusa. in fi. etiã si iurasset dicere veritatem secũdũ Hen. de Gã. i primo quolibet. q. 33. nec est obediendũ in hoc prælato quia contra charitatem. Occulta. n. publicanda non sunt, sed soli deo relinquẽda. 6. q. 1. si oĩa, & ca. oues, & ca. ex merito. Aut procedit a iudice ad instãtiam partis, & sic necessariò non est respondendũ, nisi id, de quo quæritur, sit famosum & impediat ordinis executionẽ, seu beneficij retẽtionem, de qua nec venit ipo nenda pœna tẽporalis, sed dicet ne mendacium? Res. quòd non, sed vtetur alijs verbis duplicib[a], & simulatis, arg. 22. q. 5. §. ex his.

1 Vtrũ confessio iudicialis præiudicet confitẽti? R. secundũ Pa. in c. ex parte, đ conf. quòd sic, si sit maior[b] 25. an. & sit spõte, & ex certa sciẽtia, & expressa cã, & corã suo iudice & parte p̃sente, & ñ sit ꝯ naturã, nec ꝯ ius, & fiat de re litigiosa, & non sit contra libertatẽ, aliàs non p̃iudicat, vide diffusè i d. c. ex parte, quia potius est fori contentiosi.

2 Vtrũ confessio extraiudicialis præiudicet in absẽtia partis? Res. Pa. i c. si cautio, de fi. instr. q; quando ꝓmissio sit præsenti sic, ꝓmitto tibi præsenti, q; dabo absenti centum, & tũc obligatur naturaliter, & de iure ciuili. secus si diceret ꝓmitto tali absenti centum, q̃a tunc non obligatur ẽt naturaliter, q̃a non est, cui acq-

raf oblig. Ita no. gl.[c] & do. i l. stipulatio. §. si qs insulã. ff. de ver. obl. & i l. 1. ff. đ pac. & in c. si tibi absẽti, đ p̃b. li. 6. Fallit hoc, qñ dicit tutori pupilli, curatori furiosi, actori vniuersitatis, q; ꝓmittit ei[9] pupillo, furioso, vel vniuersitati, quia obligatur l. eum qui. §. 4. cum tribus se. ff. de consti. pec.

3 An qs teneaẽ confiteri positionẽ, in qua qs petit. 20. cũ solũ. 10. habere dẽat aut cũ absolutè petit, qđ ei debeẽ sub conditione? Res. ẽm Bar. i l. 1. §. si stipulanti. ff. de ver. ob. & i l. si is q du cẽta. §. verũ, in fi. ff. đ re. du. Aut q; ponitur in positioni b[9], seu libello, ẽ falsũ rõne qualitatis, & sic p̃t negari i totũ, quia vr̃ aliud factum, & sic intellige gl. in c. fi. de conf. li. 6 i ver. rõnabili circa mediũ, & in c. ·. de testi. eo. li. in ver. quid sciat, vt puta qđ debeo sub conditione, petit absolutè, aut dixit, q; comedi hodie, & fuit heri, & huiusmodi. Ratio, q̃a si ꝯfitereẽ sic Debeo, sed sub ꝯdõne, actor posset accipere partẽ ꝯfessiõis ꝓ se, s. q; teneẽ ei, & re[9] hẽret ꝓbaẽ, q; teneaẽ sub ꝯditione ẽm cautelam[d] Pa. i c. 1. de pos. p̃l. & do. Bar. i l. Aur. §. idẽq; iuit, ff. đ li. le. vbi dicit q; si qs ꝯfiteẽ se iterfecisse hominẽ, sed ꝑ suã defensionẽ q; si credit ei, q; ꝑ suã đfensionẽ. & ponit rõnẽ q̃a p̃sumptio ẽ in ꝯriũ rõne operis ꝑpetrati, cũ sit factũ a iure damnatũ. Item quia cõiter non contingit, q; aggress[9] iterficiat aggressorẽ vbi verò hæc cessant, tenet quòd non potest quis accipere partẽ ꝯfessionis ꝓ se

dicit quis se debitorem alicui[9] absentis, cui in veritate in nullo tenetur. Sicut. n. de iure ciuili nõ valet confessio sine causa, quia præsumitur erronea, sic debet de iure canonico. Itẽ sicut in ciuili non probat confessio extra iudicium facta, vt in ca quàm sit graue, de excess. prælato. & quod ibi no. per Inno. vt in c. at si clerici, de iudic. ita dicendum in confessione facta absente parte, non enim præsumitur deliberate ꝓ lata, voluit glo. in ca. fin. de confessis. & qđ no. glo. 1. in cap. cum stitutus, de procu. Vide tamen Bartol. & Mod. in l. admonendi, ff. de iureiur. & Bar. in l. certum §. si quis absente ff. de confes.
d Cautelam] Cõcor. Panor. in c. cum venissent, in 8 no. de institut. quod est notan. quia regulariter non potest quie recipere partem cõfessionis ꝓ se, & partem reijcere, ex quo confessio emanat sub certa qualitate, & continet vnum factum, vt not. in capi. 1. de confession. & in d. §. inde quæ siuit & in l. si quidem, de excep. & videatur Bald. in l. si filius. § in exceptionibus. ff. de inter. act. Bal. in l. si quidem, C. de excom. & in l. 2. C. de don.

& partē refutare, quando cōfesſio eſt facta, vnico cō ſtructu; ſic tenet Archi. ī c. 1. de confeſ. lib. 6. Tamē, q̄a magis tutius eſt nō confitē do veritatem, poterit nega re. Aut quod ponitur in libello, ſeu poſitionib°, ē falſum in quātitate, ſeu in par te ſūmę, ſeu in parte rei, vt quia petit. 20. cū nō debet hr̄e niſi. 10. vel petit totū, & non debet hr̄e niſi me diū; & tūc tenetur confiteri veritatē. vnde tenuit Pe. q̄ ſi talem poſitionē negat ex toto, q̄ eſt periur°, & facit tex. cum gl. in l. pupill°. § fi. ff. de ver. ſi. vbi patet. q̄ debitor negans rem eſſe ſuam, negat ſibi eſſe cōmu nē, & glo. in. c. fi. 1. 2. q. 1. tamē ad ſe, q̄ reus ciuitatis, vel vniuerſitatis non eſt cu iuslibet. 12. q. 2. q manumit tit, & in l. qui ſolidum, a in princi. ff. de leg. 2. vbi petēs totū conſtituit aduerſariū in mora in parte debita, & hoc contra procuratores noſtri temporis.

4 Vtrum confitens con ſocium criminis ſit teſtis idoneus ꝯ ſocium. ℞. quòd non, vt no. glo. in l. ſi filiū, C. de libe. cau. Et ideò non debet interrogari de conſo cijs, vt in l. fi. & ibi p doct. C. de quæſtio. Intellige, q̄ nō debet īterrogari, quoad hoc, vt ſit teſtis, b ſed bene poteſt interrogari, vt p ei° dictum poſſit inueniri veritas ab alijs. c

5 Vtrum interrogat°, vel ſua ſpōte dicens faciat indi ciū contra ſociū. ℞. q̄ nō, vt no. Bar. ī l. 1. d §. ſi ſeru°. 2. ff. de quæſtio. Maximè cū omne indicium debeat ꝓbari per duos teſtes, vt per glo. ī ver. īdicijs: doct. in l. fi. C. famil. erciſc. & p Bar. in l. fi. in ātepe. e q. ff. de q̄ſtio. per Ange. in. l. fi. ff. qđ me. cau. per Bal. in l. cū ꝓponebat, f ff. de le. 2. vnde, licèt vnus teſtis; quādo deponit directè ſuper ipſo fa cto prīcipali, puta quia vidit committi ipſū maleficium, faciat indicium, ſi eſt oī exceptione g maior, vt no. ī l. ſi q̄s, C. ad. l. Iul. ma. Bar. ī d. l. fi. de quęſtionib°, & Bal. ī l. fi. C. fa. erci. Sal. in l. fi. C. de quæſtio. Tamē ſu pradict° loci°, ex quo con feſſus eſt crimen ſuū, eſt in famis infamia facti ſaltem, ideò non eſt teſtis omni ex ceptione maior, q̄a vilis & infamis nō facit indicium aliquo modo. Ita dicit Bal. in l. 1. §. idem Corne. per il lū tex. ff. de quæſt. & Bal. in c. 1. in. §. ſacramentū, de cō ſue. re. feu. dicit, q̄ illud, q̄ dicit, vnum teſte facere in diciū, debet intelligi, ſi eſt vitæ probatæ, vel bonę opi nionis, nec poteſt haberi ſu ſpectus familiaritate. vel fa ma mala, vel alia cauſa arbitrio iudicis. Et ideò ſecū dùm eū infamis infamia fa cti non eſt idone° teſtis, vt no. etiā ipſe Bald. in l. fi. C. de requi. re. p no. ibi p gl. fi. Et qđ ſit indiciū, & quo modo probatur, & in q̄bus fallit, quod ſupradictū eſt, Vide infra, iudicium, p to.

6 Quid ſi eſſent duo vel tres teſtes ſingulares, q cō fiterentur ꝯ tertium? ℞. q̄ nullo modo poſſunt coniu gi ad faciendum indiciū, niſi ſit teſtis oī exceptione maior, vt ſupra dixi ī §. præcedenti, & multomin° ad faciendam plenam pro

ente nup. & vide Ge. qui examinat in d. c. 1. de confeſ. lib. 6. 2. q.

a Et in l. qui ſo lidum] Et refertur ad ſdicta.

b Vt ſit teſtis] Gloſ. fi. quæ vr̄ ſe reſoluere, q̄ tortus nō facit fi dē ꝯ eum, d quo confitetur.

c Alijs] Adde d materia Bar. in l. q accuſare, ff. d accuſatio. Spe. & Ioan. And. in tit. de teſte. §. 1. ver. ſi qua, & quod not. Bart. & Bal. in l. q̄m, C. de teſtib. vbi bonus tex. Inno. in ca. qualiter, ſecundo, de accuſ. Bald. in l. omnibus, C. de teſti. Moder. in c. ſignificaſti. 2. de homi. & in c. veniens, de teſ. Din. verò in tra ctatu de q̄ōnibus, dicit q̄ inculpatio, quam facit ſocijs criminis d aliquo, in caſibus, in q̄b° poteſt de ſocijs interrogari, de quibus in l. fin. C. de accu. facit indicium ad torturam Ad de tex. & Bar. in d. l. 1. §. cum q̄s. ff. de q̄ōnib.

d Bar. in l. 1.] §. ſi ſeruus, ſecūdo. Ibi format q̄ōnem, Aliquis, vt à teſtimonio ſubducat, fecit ſe accuſare de eodem crimine. certè hoc non nocebit, quia nihil criminis te ſtificabit, ar. huius. §. 3. §. cum quis. infra. eo. hæc Bar.

e In ātepe. q̄ō.] Dicit ibi Bar. illud. n. quod dixi, q̄ vnus teſtis facit indicium, eſt verū de vno teſte, q teſtificatur de maleficio ipſo, ſed q̄n teſtificat de indicio quodā, dicēs, q̄ ipſe fuit ī tali nocte repertus in loco ibi vicino, q̄n fuit factum furtum, iſtud iudiciū debet probari per duos teſtes. hæc Bar.

f L. cū propo.] Adde ibi Imo. dicentem, q̄ q̄n ex cōiectura, vel indicijs inſurgit plena ꝓbatio, tūc tot req̄runt ad ꝓbandū plenum negotiū factū. Sed vbi p indiciū nō inſurgit plena probatio, tunc dicēdum, q̄ ſi teſtis deponēs deponat ſuper facto directo, ſufficit vnus teſtis idoneus. hinc eſt, q̄ facit indiciū ad torturā dictum vnius teſtis deponētis ſup maleficio. l. 3. cum ibi not. C. ad L. Iul. ma. Et Bar. in l. fi. ff. de q̄ō. Si aūt nō deponat ſuper maleficio, tunc req̄runtur duo, vt per gloſ. quam ibi multum nota Bart. in d. l. fi. C. de fam. erciſ. licèt Bal. dicat, & malè tot teſtes requiri ad probandum coniecturā, vel indicium, quot requiruntur ad factum principale. hæc Imo.

g Omni exceptione maior] Ita

bationem. Ratio, quia cum duo testes requiratur regulariter, vt dictum est, tales non sufficiũt, qa vnũquodque de per se imperfectum ẽ ita no. Bal. in l. si qs ex argẽtarijs. §. 1. ff. de ede. & patet p no p do. An. in c. licèt de test. dũ loquitur de pbatione per testes singulares. nec obstat, φ vn[a] testis deponens sup facto principali, iũgatur cũ pbatiõe famę, [a] vt probatur in l. 3 §. eiusdẽ ff. de test. ar. no. per Bart. in l. admonendi, ver. venio ad tertiũ ff de iureiu. Illud est qa hoc est pe.fectũ, si vnus testis integer, vt dictũ est. Itẽ fama, quæ facit pfectũ indiciũ, vt no. Bart in l. de minore. §. plurimũ, [b] ff. de q. Item nec obst. φ duæ pbationes semiplenæ diuersi generis non coniungant ad vnã plenã faciẽdam iuxta no. per Bar. in d. l. admonẽdi. qa illud verũ, qñ non coniunguntur ad eundem actũ, sed duæ probationes diuersorum actuũ, & d uersorũ generum nunquã coniunguntur ad plenam probationem faciendam. Iste ẽ casus, & ita deducit Bal. in l. testiũ, in fi. C. de testib. & idem Bal. in l. obseruare C. quo. ap. non reci. posuit. d. An. in c. veniẽs, el 1. de test. & ibi Pa. ibi latè. ex istis infertur, φ duæ mulieres dicentes se peccasse cũ aliquo, non possint iungi ad faciẽdũ indiciũ perfectum, nec arctandum ad veritatẽ dicendã ẽt cũ aliquib. coniecturis, maximè cũ deponãt de delicto pperpetrato in eorũ corpore iux. no. per Bar. in l. si quis in graui, [c] ff. ad sena. con. Sillania. vbi dicit φ nullũ facit indicium, & idem Ang. in l. 2. C. de calũ. vide infra, testis. §. 23. qñ dicantur singulares.

CONFESSIO sacramentalis [d] primò qd [e] est? Resp. ẽm Th. φ est legitima corã sacerdote peccatorũ suorum declaratio, vel ẽm Dir. cõfessio dr quasi simul vel ex toto, vel vndique fassio. Nã sicut sententia, sic cõfessio q generat sentẽtiam, dẽt eẽ certa, vñ in l. certũ, [f] ff. de conf. certũ inquit, confessus pro iudicato [g] erit.

1 Qualis debet [h] esse confessio, vt sit legitima? Resp. ẽm cõiter Theologos in 4. di. 17. quæstio. 16. debet habere conditiones, [i] q continentur in his versibus. Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis, Atque frequẽs nuda, discreta, libens, verecunda, Integra, secreta lachrimabilis, accelerata. fortis, & accusans, & sit parere parata. Quas Ricar. exponit in 4. dist. 17. art. 3. q. vlt. Simplex. i. vt nihil admisceatur, quod non faciat ad peccati quãlitatem. Humilis in verbo, & signo. Pura. i. recta intentione facta. Fidelis. i. vera, vt nihil de falsitate admisceat. Frequens quia valde est vtilis. Nuda, non inuoluta verborum obscuritate. Discreta, vt maiora cũ maiori grauitate. Li

Ita Bar. in l. 1. §. idem Cornelio, & in l. maritus, ff. de quæstio. vbi vtitur hoc verbo, si est idoneus, & Adde Bart. in l. admonendi, ff. de iureiur. ver. venio ad 3. vbi vtitur, omni exceptione maior.

a Cum probatione famæ] Facit plenam probationem, quia sunt duæ semiplenæ probationes.

b L. de minore. §. plurimum.] Aliàs in. §. tormẽta, in § plurimũ ver. vlt. principaliter qro, vbi dicit, In causis breuioribus, vel modici pıudicij fama facit plenã probationem

c L. si quis in graui] est in §. si quis moriens, vbi dicit per illũ tex. φ si aliqs assessor veniens ad mortẽ dicit se tulisse vnã sentẽtiã p pecuniam vel si aliquis dicit se tulisse falsũ testimoniũ, tale dictũ non præiudicat alijs. Ad idẽ allegat l. 1. §. si quis filiũ, ff de Carbo. edi. & l. Seia in prin. ff. ad Velle. & tex. in c. sicut, de testib. & de his vide Imo. in c. 1. de ar. & facit. l. φ si vtriusque, de euic. & l. ab executore, de appe. & l. si quis decurio, de falsis.

d Confessio] Cõfessio est, p quã morbus latẽs spe veniæ aperitur, p cuius declaratione scias, φ tripliciter fit confessio ẽm Petr. de Pal. aut in foro animę interius coram deo, & ĩ hac non aperitur peccatũ latẽs, qa deo apertũ erat, aut in foro cõtentioso corã iudice, nec in ista aperitur spe veniæ, aut corã dei vicario, & in ista aperitur pcm spe veniæ, vñ confessio sacramẽtalis, q ẽ pars pœnitẽtiæ, cõuenienter describitur per materiã, q est pcm, & p actũ, q ẽ aperire, & p finẽ, qui est spes venię, põt addi, φ ideo dr spe veniæ, quia, si alia de cã aperiatur peccatũ, non est confessio. Nam si causa consilij, est consultatio, si ex lasciuia, vel leuitate, est dissolutio, si ad aliquẽ malũ finẽ, ẽ malignatio. Et ideo vbicunque non aperitur peccatũ spe veniæ, non est confessio, sed no. φ etiã oĩa, q spe veniæ aperiũ pcm, non consequitur veniã, ideo aliter diffinitur vt in litera, Et in ca oĩs de pę. & re & ĩ ca. 1. de pe. di 6. & c.

e Eiᵒ descriptionẽ videas ĩ cate. de sac. pœn. c. sed iam con. pars pęnitentiæ est, s. Sy. Tri. sess. 14. c. 1. de par. sac. pœ. & cano. 1. P. V.

f Certũ] Ex quo sequitur, φ si incertũ quis confiteretur, nõ haberetur p confessio vt dicit tex. in l. sicut, C de re. hæ.

g Pro iudic.] Est ẽt tex. in l. vnica, C. de cõfessis ĩtellige tũ istã regulã, vt habeat oĩa requisita, de quibus per Abb. in c. fi. extra de confessis & ibi an requiratur sitẽtia, & qd in cõfessione extiudiciali vide ibi plenissimè.

i Vide s. Sy. Tri. sess. 14. c. 5. de cõ. & in ca. 6. & 7. catech. de pœ. sacr. cap. sed quemadmodum, cap. sed quoniã, & ca. sed iam ordo. P. V.

k Conditiones de cõdi. vide S. Th. in 4. di. 6. q. 3. & ar. 4. quæstiuncula.

cula.4.&c.& s.Bona.in 4. di.21.in q.circa ifam &c.

a Nec habeat]Adde Abb.in c. omnis, de pę. & re.in 2.no.& vult dicere, quod & si sacerdos deueniat in noticiam personæ, cum qua peccauit confitens, tamen de necessitate oportet sic dicere propter expressionem peccari.

bens, nō necessitate, sed libera voluntate. Verecūda, nō iactātia plena. Integra, vt nullū retineat. Secreta, nō publica. Lachrymabilis ex dolore cordis. Accelerata, nè nimis ꝓlōget. Fortis, nè ex verecundia dimittat, accusans, se, non alios. Pare re parata, s. ad obediētiā ꝯf.

2 Vtrū pręfatæ cōditiones sint oēs de necessitate cōfessionis? Rñ. Ri. vbi s̄. dicit ꝙ nō, sed qdā de congruitate, sed vt clarius intelligantur, multas inferam qōnes.

3 Vtrū nominatio personæ, cū qua quis peccauit, sit necessaria ad peccati cōfessionē? Res. ſm Ri. vbi supra di. 21. ar. fin. q. 2. ꝙ aut nominatio personę ē necessaria ad peccati magnitudinē, & speciē exprimendam & tunc est necessaria, vt puta qa peccauit cū mr̄e, nec habeat a aliā cōsanguineā, quia si haberet aliā consanguineā, puta sorores, sufficeret dicere, peccaui cum cōsanguinea mea in primo gradu. b Aut talis noīatio solū est vtilis c cōfitenti, vt confessor melius sciat īponere consiliū, & pęnitētiā; & sic similiter ē necessaria. Aut ē vtilis illi, cū quo peccauit, & tūc pt dicere, sed nō in confessione, d qa sic cōfessor nō posset aliqd facere, nisi ex ꝯfessionē ei dicat. aut nō ē vtilis nec ei, q confitet, nec ad correctionē illi⁹, cum quo peccauit, nec ad expssionē spēi peccati, & sic ñ solū ꝯdēt tacere ei⁹ expssionē, imo dicit Ri. ꝙ credit, teneat celar. & vt dicit S. Bo. ī 4. di 21. part. 2. ar. 1. q. 3. ꝙ ꝯfitēs, si exprimit ñ effugit e detractionē, nec cōfessor, si ad hoc cōsentit, sitr qñ noīatio ꝑsonę eēt cū ꝑiculo alteri⁹, ēt si circūstātia eēt d̄ necessitate omittēda ē ſm Pe. d̄ Pal. ī 4. di. 21.

4 Vtrū f reqrat ad cōfessionē ꝙ fiat genu flexo, capite discopto, & hmōi? Res. ꝙ ñ nisi d̄ bono & ęquo. princi palr. n. humilitatē cordis reqrit de⁹. 14. q. 5. si qd, q̄uis act⁹ humiles corporis ipsā īducāt, & ī ipsis meremur.

5 Vtrū ꝯfitēs pp gloriā vanā vel aliū malū finē peccet mortalr? Re. ꝙ sic qa puertit finē g sacr̄i. facit ad hoc ꝙ dico j. honor. §. 7. imò nec sacramētū suscipit, qa ꝑs essē

Ex hoc sequitur ꝙ non sufficeret mulieri dicere, q. dam vir concubuit mecum, sed debet dicere, frater meus, vel religiosus. Adde, ꝙ S. Bo. in 4. dist. 21. dicit, ꝙ aut peccata aliena sunt nostris coniuncta & a mixte, ita quod sine illis non potest bene culpa explicari, & tunc licitum est confiteri eatenus, quare nus non pōt sine alieno peccato culpa propria explicari. vnde sufficit aliqñ in gñali, vt si mulier cognita est ab epo, ꝙ absit, vel ab aliquo religioso sufficit dicere, ab aliquo magno ꝑlato, vel e religioso, & sic satis exprimitur peccat spēs, etiā stando in ista generalitate. si verò descendat ad personam singularē, incrependa est persona, confitētis si verò peccatum nō pōt explicari sine expssione personæ determinatæ, vt pote si mulier a viro inordinarè cognita est, tunc si dicat de masculo, non peccat pro eo, quod non potest aliter confiteri propriā culpā, & tunc non debet extendi accusatio alieua, sed accusatio proprie.

b In primo gradu] Sufficit si habet solum vnū fratrem, cum quo peccauit, vel plures, dicere, ꝙ peccauit cum cōsanguineo in primo gradu, & id quod dicit Ri. de vno, intelligitur, ꝙ licèt pp hoc talis peccans veniat in cognitionē confessoris, tamen de necessitare debet nominari. tenetur tñ confessor ipsum nominetū celare sicut & pœnitens, vt infra dicetur.

c Vtilis] Puta, quia seruus, vel filius, vel vxor. & tūc confitens potest exprimere aliqua de domino, patre & marito.

d Sed non in confessione] Ad hoc vide tex. in c. hoc videtur. 22. q. 5.

e Non effugit] Vnde S. Bo. vbi supra inuehit contra confessores, q ramusculos in confessionib. inquirūt, & audiunt de alijs malum, & sustinent, & infert, ꝙ confessor nō debet curiosè inquirere de persona, sed si suspicatur ꝙ sit ꝑsone, cui possit prodesse, & vtile & cōpetens sit illum scire, pōt extra confessionē inquirere. Nā talia frequenter sunt occasio frangendi sigillū confessionis, idō est maximū periculū. Ad dit adhoc Ro. cō fessio. 1. §. 6. i fi. ſm Rain. ꝙ licèt sacerdos non debeat interrogere specificationem personæ &c. nisi &c. tamen si interrogee non ex curiositate, sed ex charitate, vt prouideat, non videtur peccare, licèt ille non sit cogendus dicere si non vult. si igitur peccata aliena sunt impertinētia ad peccati nr̄i accusationē, sed ex quedā associatione refert qs ea, & ad quādam suā excusationē qa solatiū ē miseris socios habere pęnarū, male facit, qui sic confitetur, sicut multi simplices aliqñ accusant oēs vicinos, vt ipsi minus cōfundantur, vt si dicant, sum⁹ latrones, vsurarij, periuri, & hmōi & tales a confessoribus corrigendi sunt, quia rectam formā confessionis non seruant hæc S Bo. Et sic ergo debet dicere. Dixi, confitebor aduersum me &c. Cham fuit maledictus, qui non cooperuit patris verenda, sed magis publicauit, vt patet Ge 9. &c.

f Vide catech. de pę. sa. c. sed quēadmodū & le. P. V.

g Peruertit finem] S. Bona. in 4. di. 17 parte 2. ar. 1. q. 5. dicit, ꝙ necessaria est dispositio ex parte confitentis propter omnium peccatorum detestationem, & si cū voluntate peccā li accedit, peccat mortaliter quia sacramentum irritum facit, quantum in se est. Et hoc non est sine contemptu. vnde tenetur iterum

teneri ad sacerdotem, & petere absolutionē. Et si tu quæras, vnde hoc cum confessio non sit opus priuilegiatum, dico, q̃ hoc habet, quia est opus sacramentale ad iustificationem institutum. Vnde hæc confessio ad absolutionem est ordinate.

a Manifestat] S. Th. in 4. di. 21. q. 3. ar. vlt. Per confessionē dēt penitens se confessori suo manifestare: ille aũt, q̃ aliud de se sacerdoti loquitur, quā sua conscia hēat, siue in bonū, siue in malū, nō se sacerdoti manifestat, sed magis occultat, & ideo non est idonea cōfessio. sed ad hoc q̃ sit idonea, reqritur q̃ os cordi concordet, vt solùm hoc os accuset, quod conscia tenet. Aliter videretur esse testis falsus, quando quidem testis fit in conscia, & dicat id, quod non fecit &c.

tialis huius sacri, quæ consistit in actu suscipiētis, est actus interior. Vñ sine eo nō est, sicut non ɔtraheret mr̃imonium, qui ɔtrahēdo non intenderet nisi in carnalem copulā ad tempus. Tenetur.n.q̃s confiteri peccata sua, vt Deo satisfaciat, quē offendit, & ecclesiæ, & vt de suis peccatis veniā ɔsequatur. Alia aũt intētione cōfessio facta nō valet, & tenetur eam iterare, nisi in casu, vt infra dicā. §. 14.

6 Verũ confitens pc̃tm̃, q̃ non fecit, peccet mortaliter? R. q̃ sic, tum quia consciam non manifestat, [a] tũ quia mentit. 22. q. 2. cũ humilitatis. Limito illud verum, q̃ñ conscia dictat, q̃ non fecit. Itē q̃ñ peccatum quod confitetur, eēt mortale, si fecisset. & sic intellige Ric. in 4. di. 21. & Dir. ti. de pę. & re. & illud Gre. q̃d habet di. 5. ad eius. in fi. bonarũ mentiũ est culpam cognoscere, [b] vbi culpa nō ē, intelligitur pro formidare vel in gñe se peccatorē cōfitendo, sed non in specie.

7 Verũ oē mendaciũ [c] dictũ in ɔfessione sit peccatũ mortale? R. q̃ nō, sed solũ illud, q̃d est perniciosũ, puta ɔ̃ famam suā, vel alteri⁹, aut ɔ̃ id, q̃d necessariò hēt confiteri. vnde si taceret, vel negaret aliquod mortale, quod fecit, & de quo nō

b Cognoscere] Hoc potest esse dupliciter, vno mō vt intelligatur quantũ ad substantiā actus; & sic non est verũ. non.n. ad bonam mentem pertinet, sed ad errantem, vt se actum aliquem commisisse cognoscat, quem non commisit. Alio modo quantũ ad conditionem actus, & sic verum dictũ Greg. quia nullus in actu, qui de se bonus vr̃, formidat, ne aliquis defectus ex parte sua fuerit. & sic dr̃ Iob. 9. verebar omnia opera mea. sciens q̃ non parceres delinquenti. Et ideo ad bonam mentem pertinet, vt hanc formidinem, quam corde tenet, & lingua accuset, vt si aliquis quandoq; dubitat de aliquo peccato, verum sit mortale, vel veniale, & talis dēt, vt vr̃ de illo confiteri vt de mortali. ergo aliquis dēt confiteri peccatum, quod non hr̃? Rñ. S. Tho. & Rose confessio, 1. §. 32. q̃ q̃ñ aliquis dubitat de aliquo peccato, an sit mortale, tenetur illud cōfiteri dubitatione manēte, quia qui aliqd committit, vel omittit, in quo dubitat esse mortale peccatum; peccat mortaliter discrimini se committēs, & similiter periculo se cōmittit, qui de hoc, quod dubitat esse mortale, negligit confiteri. Non tñ debet asserere illud esse mortale, sed cũ dubitatione loqui, & iudicium sacerdotis expectare, cuius est discernere inter lepram & lepram. hæc S. Tho. not. etiam secundùm logicos differentiam esse inter scientiam, opinionem, & dubitationem, scire enim est aliquid firmiter credere sine aliqua hæsitatione alterius partis. opinari verò est assensus ad aliquam rem, tamen cum formidine alterius partis. Dubitare propriè quādo quis ad aliquam rem, quò ad assensum est indifferens, & in æquilibri, ita, quòd nō magis moueatur ad vnā partem, quàm ad aliam. ex quo patet, q̃ si quis esset in opinione aliquid non esse mortale, non teneretur confiteri, licèt cum aliquali formidine & scrupulo.

c Mendaciũ] Pro declaratione præmitte, q̃ differt mentiri, & falsũ dicere. Mentiri enim est, q̃ñ aliqd exprimit vox quod mens non sentiat, etiā si p vocem verũ dicat. Et falsum dicere est, q̃ñ vox discordat a re significata. Mentiri quidem, quia semper importat abusũ signi, & obligationem hominis quantũ ad vim intellectiuam & executiuam, inter quae est discordia, sēper malum est. & ita secundũ se malum, q̃ nulla pōt circumstantia bona vestiri, vt bene fiat, sicut dicit Aug. lib contra mendacium. falsum verò dici pōt frequenter meritoriè, cum mēs decipitur, & ita credit esse, quod loquitur, sicut dixit Apostolus se in Hispaniam profecturum, Ro. 15. si ergo quæras, vtrum liceat addere ad confessionem? Rñ. q̃ aut tu loqueris quantum ad testificationem cōscientiæ, aut quantum ad conformitatē veritatis in re. Primo casu vt conscientia minus accuset, & vox amplius, sic est peccatum, & mendacium, & perditur meritum confessionis, in qua debet esse verbũ verax secundũ illud Eccle. 37. ante omnia verbum verax præcedat te. Verbum verax est, quando id exprimit lingua, quod sentit conscientia, & pro hoc facit, q̃ quia accusat aliquem in aliquo, quod non fecit, est culpabilis, quantumcunq; faciat bona intentione; sic in proposito &c Secundo casu, quando conscientia non discordat a lingua, dicendum tunc, q̃ talis additio pōt esse meritoria. Qui enim in paruis se grauiter credit offendisse, & sic confitetur, quasi grauiter offēderit, absque dubio proficit, hæc S. Bon. in 4. dist. 21. Adde ad illud, quod dixi supra de dubio, q̃ S. Bonau. vbi supra dicit Aug de tri. 15. lib. q̃ non solùm est mendacium dicere scienter falsum, sed etiam asserere dubium, quia lingua a corde discordet. Quando ergo dubitat, vtrum sit mortale, dicendum quòd sicut dubitat, ita dubitando debet confiteri, tamen debet confiteri, & pœnam sustinere, ac si esset mortale. & tunc mens assecuratur, & in nullo veritati præiudicatur. ad illud de humilitate adde, quòd confessio licèt fiat ad humiliationem, hoc tamen est per accusationem, quæ veritatem debet habere principium, vel consistens ad hoc, vt recta sit.

est legitimè confessus, peccaret mortaliter, nisi fortè timeret probabiliter de reuelatione confessionis, vel ꝙ sollicitaret eum ad malũ talis confitẽs, qa aliũ nõ hẽt, posset aliquid tacere, vel negare cum verbis paleatis taliter, ꝙ mendaciũ non dicat, & et si diceret, pp hoc non esset mortale, sed erit veniale, 22.q. 2.ca. 1.cum ibi no. [a] Itẽ dicendu de eo, qui habẽs aliqua peccata, a quib. scit ꝙ confessor solitus non põt eum absoluere, tñ nẽ scandalizetur de eo, confitetur de solitis solũ, & tacet illa, a qb. nõ pt ab eo absolui cũ ꝓposito [b] confitendi integrè cũ eo, q eũ possit absoluerẽ.

8 Vtrum [c] confessio facta sit necessariò iteranda? Rñ. sm Ri. in 4.di.17. ꝙ verè, & legitimè confessus nõ tenet reiterare [d] confessionẽ de necessitate, nec tenetur qs obedire præcipienti sibi vt iterũ talia confiteatur, nec papa posset condere legẽ hoc præcipientẽ sm Pe. de Pal. nisi ex bono cõsilio qs velit, vt facilius iueniat remissionẽ, qd' fit sæpi[e] cõfitẽdo, de pę.di.1.quẽ pœnitet, circa medium.

9 Assignãt tñ doc. in 4.di. 17. aliquos casus. in quib' confessus tenetur iterũ cõfiteri eadem peccata. Primus, qñ confitetur ei, qui non potest [f] absoluere.

10 Secũdus, qñ confitetur scienter ei, qui nesciẽt [g] ligare, vel soluere. de quibus dicã latius ĩ. confessio. 3. p totum, & confessio. 4 §. 3.

11 Tertius, qñ qs non confiteẽ integrè [h] oĩa peccata mortalia, de qb. non est legitimè confessus vni ↄfessori. ẽt si ↄfitetur diuersis cõfessorib. sed scienter tacet aliquod peccatũ mortale, đ quo dubitat, vtrũ sit mortale, vel aliqd aliud, qđ ẽ đ necessitate ↄfessionis, vtputa circunstantiã, quę mutat spẽm, & hmõi ex verecundia, vel aliquo quocũq; respectu, đ pę.di.5.c.1.cir. fi.

12 Quid [i] si tacuit ex ignorãtia, seu obliuione? Rñ sm Ri. vbi s. ar.2.q.6. ꝙ aut pęnitens adhibuit debitã diligentiã ꝓut de lege cõi humana permittit fragilitas, vt memoriã haberet oĩum peccatorũ suorũ mortaliũ,

Et non sequitur, ꝙ si humilitas non habet excessum in reputatione, ꝙ veritas non habeat excessum in locutione. & ideò dicit S. Augu. in d.ca. cum humilitatis, ĩ fi. quomodo ẽ humilitas, vbi regnat falsitas? & ibi no. Archi. aliquas humilitatis species. ex quo patet quod quis potest se dicere peccatorem ĩ genere, quia nemo sine crimine viuit, sicut, facit sacerdos in confessione. Et not. ibi optimam gl. quę dicit, quòd peccans mortaliter, committit furtũ quia se subtrahit Deo. Homicidiũ quia occidit animam suam. Adulterium, quia fornicatur cum diabolo. Periurium quia frangit fidem i baptismo datam. Verũ humilitatis causa licet alicui, fateri se reum? dicit S Bona. in 4.dis. 21. in q. circa literam, ꝙ fateri se reum, vel iniustum est dupliciter, aut prout reatus est iniustitia & sic simpliciter priuat iustitiam & non debet qs fateri se reum, nisi habeat mortalis conscientiã, alio modo, prout priuat iustitiæ perfectionẽ, & secũdùm hoc omnis homo potest se iniustum fateri, secundùm illud Isa. 54. Sicut pannus menstruatæ oẽs iustitiæ nostræ. Nec iustificatur homo comparatus Deo, secundũ Iob. & secũdum hoc dicebat se Augu. iniustum &c.

a Cum ibi no.] No. ibi ꝙ ille, qui habet animũ decipiendi, tunc verum est, ꝙ in dolo iurat, qui aliter facturus est, quàm promittit, cum periurium sit nequiter decipere credẽtẽ. Si.n. non haberet animum decipiendi, secus. & facit. cap. ne quis. 22. q. 1. vbi dicitur aliud est mentiri, aliud verum occultare.

b Cum proposito] Debet ergo esse fidelis cõfessio. Adde, quod confitens, & confessor sint in fide catholica, & quod fiat secundum doctrinam ecclesia, non hæreticorum. Et quod fiat sub spe, vt dictum est, qa Cain nihil valuit, ex quo sub spe non facit eam, maior est iniquitas mea &c. Gen. 4 de pœ. dist. 3. quem pęnitet Similiter nec Iudæ profuit, Mat. 17.

c De hoc in catech. de sacr pœn. c sed qm. 13 P. V.

d Reiterare] Idem S. Bona. in 4. di. 19. parte. 3. in vlt. q circa literam.

e Sępius] S. Bon. in 4. distinct. 17. parte. 2. in q circa literam dicit, ꝙ multæ sunt vtilitatẽs confessionis, & ad illa valet multotiens cõfiteri, s. ad erubescentiam, quę valet ad satisfactionem pœnæ, vt d. Augu. in ca. quem pęnitet, de pę. dist. 1. & magister in litera, de disti 17. in 4. Valet ad multiplicationem intercessorum, & ad humiliationẽ & gratię augmẽtum, &c.

f Non potest] Puta, quia sacerdos non habet iurisdictionem delegatam, seu ordinariam, de pœ. & re. c. omnis.

g Nescit] S. Bon. in 4 di. 17. parte 3. q. circa literã, dicit quod casus in quo quis tenetur reiterare confessionem, est qñ sacerdos nescit ligare, & soluere & concord. communiter doc. ergo multomagis, quando non potest absoluere. Et tenet s. Bonau. in 4. dist. 31. quia vnus defectus est contra clauem scientiæ, alius contra clauem autoritatis sacerdotis.

g Integrè] Adde sanctum Tho. in 4 dist. 17. q. vltim. ar. 4. quæstiuncula 2. vbi sic dicit, ꝙ in medicina corporali oportet, ꝙ medicus non solũ vnũ morbũ, cõtra quem medicinam dare debet, cognoscat, sed etiã tot in habitudinẽ ipsius infirmi, eò quòd vnus morbus ex adiũctione alterius aggrauatur, & medicina, quæ vni morbo conpeteret, alteri nocumentũ præstaret. & similiter est in peccatis, quia vnũ aggrauatur ex adiunctione alterius. & illud, quod vni peccato esset conueniens, alteri incentiuum pręstaret, cum quandoque aliquis contrarijs peccatis infectus sit.

ve

que est ſm Sco.e.di.qñ tan tã diligẽtiã adhibet, vt memoriã habeat, quantam qs apponeret ĩ re multum ardua, & quæ ſibi multum eſſet cordi, & tunc non tenetur confiteri alia peccata, de qb. confeſſus eſt, nec ẽt iſtud peccatũ oblitũ [a] tenetur cõfiteri priori ſacerdoti intentione neceſsitatis, ſed ſolùm tenetur cõfiteri alij ſacerdoti, qa quanuis de iſto fuerit abſolut⁹ quã tũ ad iudiciũ dei, & eccleſiæ, qa cõfeſſor pt abſoluere de confeſsis, & prędicto modo oblitis, tamẽ ſub intelligitur talis conditio, ſ. ꝙ qñ ad memoriã reducẽt ꝙ illa confiteatur ſacerdoti q poſsit eũ abſoluere. Et no. hoc ſecundũ Pe. de Pal. in 4. ꝙ ſi primus confeſſor habet autoritatem abſoluẽdi ab omni excommunicatione, & caſib. & ſic intẽdebat abſoluere, qñ cum eo confeſſus fuit ꝙ licèt peccatũ oblitũ tali mõ eſſet caſus reſeruatus, vel excõicatio, poterit nihilominus ſecundus confeſſor eũ abſoluere, qa non pt eſſe ampli⁹ caſus reſeruatus, nec excõicatio, ſed ſolũ peccatũ ſimplex, ꝙ bñ no. ꝓ iſtis qui eligunt ſibi confeſſorem autoritate apoſtolica, vt faciat ꝙ in abſolutione intẽdat eos abſoluere ab oi excõicatione, in q̃rũ eorũ autoritas ſe extendit, & ab oi caſu, aliàs oportet recurrere ad eũ q d̃ iur̃ poſſet eũ a tali abſoluer̃ facitc. officij [b]

vt Gregorius in paſtorali docet. Et ideò de neceſsitate confeſsionis eſt, quod homo oĩa peccata cõfiteatur, quæ in memoria habet, quod ſi non facit, nõ eſt confeſsio, ſed confeſsionis ſimulatio. Idem tenet S. Bo. in 4. di. 21. Addens, ꝙ confeſsio eſt ad accuſationẽ, ſed cum peccator accuſat ſe de tribus, cũ habeat 10. hoc ipſo prætendit ſacerdoti ſe non peccaſſe niſi ter, ſed hoc eſt falſitas, & hypocriſia manifeſta ergo non eſt confeſsio. Itẽ quia cõfeſsio fit propter abſolutionem, abſolutio autem ſacerdotis ſignum eſt diuinę abſolutionis. Sed Deus nũquã abſoluit niſi ab omni culpa mortali, ergo abſolutio ſacerdotis, aut nulla eſt, aut eſt ab omni culpa, ſed non meretur abſolui a ſacerdote peccator, qui celat ei peccatum, ergo nulla eſt abſolutio, niſi confiteatur oĩa peccata vni ſacerdoti. Si obijciatur, ꝙ omnes ſacerdotes tenent locum vnius Chriſti, ergo idẽ eſt confiteri diuerſis, quod confiteri vni. ergo tantũ valebit, ſi peccator diuiſim confiteatur diuerſis, q̃ ſi vni. Reſ. ꝙ verum eſt, ꝙ omnes ſacerdotes tenent locum vnius Chriſti, ſed non ſimul omnes, ſed quilibet de per ſe. Et ideo qui vult confiteri ſacerdoti tãquam Chriſto, ſi rectè confiteatur, neceſſe eſt, quod omnia dicat vni, quod ſi vni celat vnum, quantũ eſt in ſe celando mediatori, celauit Chriſto, igitur non conſequitur veniam. Si dicatur, ille habet vnum peccatum, de quo ſacerdos ſcandalizabitur, ſi illud dicat, puta quia cognouit cognatam ſuam, ergo non debet dici, quia ex quo confeſsio facta eſt in remedium, non debet eſſe in ſcandalum. Reſpondetur, ꝙ vbi timetur ſcandalum, non eſt confeſsio dimidianda, ſed licentia petenda, & ſi non datur, ſuperior eſt adeundus, vel alius, qui habeat eius autoritatem quia in tali caſu licentiam petere eſt obtinere t hoc S. Bo. Sed dicit alius, Videtur, quòd poſsis maiorem erubeſcentiam habere confitendo pluribus, & conſequenter maiorem remiſsionem pœnæ conſequeret. Reſ. quod verũ eſt, ſi integrè diuerſis confiteretur. ſecus, ſi diuidat, quia maior eſt erubeſcentia confiteri integrè omnia vni, quàm illæ omnes erubeſcentiæ inſimul, ſecundùm Th. vbi ſupra.

[a] Nec etiam iſtud peccatum oblitum] S. Bo. in 4. diſtin. 21. in reſponſione de pę. arg. q. 1. parte. 2. dicit, ꝙ licèt eſſet ſanum conſilium, quòd totum diceret, tamen non eſt neceſſe, quòd teneatur dicere niſi in generali. Nam aliud dicere eſt viam confeſsionis, & ſalutis multis auferre, cum multi cõfiteantur aliquando aliquod peccatũ enorme, quod deinceps vix alij ſacerdoti dicerent, nec autoritates ſanctorum hoc compellunt dicere, quia hoc nõ eſt confeſsionem diuidere, prima enim fuit integra & ſecunda ſimiliter, quia non oportet hunc de alijs habere remorſum nouum nec nouam abſolutionem. ſimiliter iudicandum eſt de recidiuo. S. etiam Thom. in 17. diſtinctio. 4. vbi ſupra ait, quòd licèt quidã dicunt, ꝙ quãdo aliquis recordatur eorum, quæ prius oblit⁹ fuerat, debeat iterũ etiam ea, quæ cõfeſſus fuerat confiteri & prętipuè ſi non poteſt eũdem habere, cui ante confeſſus fuerat & omnia cognoſcit, vt totius culpæ quantitas vni ſacerdoti innoteſcat, tamẽ non videtur neceſſarium, quia peccatum habet quãtitatem & ex ſeipſo, & ex adiunctione alterius, peccatorum autem, de quibus cõfeſſus eſt, manifeſtauit quantitatem, quam ex ſeipſis habent. Ad hoc autem quod ſacerdos vtramque quantitatem huius peccati, cuius fuerat oblitus, cognoſcat, ſufficit, ꝙ hoc peccatum dicat explicitè, & alia in generali dicendo, ꝙ cum alia multa confiteretur, huiuſmodi oblit⁹ fuit. & licèt ſimpliciter doc. loquantur limitandi ſunt, vt hic.

[b] C. officij] Ibi enim eſt text. ꝙ ſi quis pluribus de cauſis a diuerſis prælatis fuerit excommunicatus, ſi ab vno voluerit abſolui, ſuppreſſo ꝙ erat ab alio excommunicatus, dicitur ibi, quòd abſolutio ſurrepta non prodeſt, ergo a contrario ſenſu, ſi ex ignorantia tacuit, illa abſolutio debet ſibi prodeſſe, vide ibi gl. 1. & in c. ſuper literis, hic allegato eſt caſus de eo qui impetrauit tacens veritatem, vel dicens falſitatem, qa aut fuit malitiosè, & literæ nihil valent, aut ex ignorantia, & tunc aut ſi tacita veritate, vel falſitate prolata omnino Papa eſſet conceſſurus, valent literæ. Secus, ſi non fuiſſet conceſſurus, & quia in caſu noſtro ſi peccatum fuiſſet dictum, & propalatum, ſecuta fuiſſet abſolutio, Ideo tenet confeſsio, & ſic facit multum ad propoſitum. Et ibi Panor ponit exemplum de eo, qui dixit quod primæ cauſę cõmittebãt de plano ſine ſtrepitu de ꝯſuetudine, & ſic Papa dedit reſcriptum, ſed hoc nõ erat verum, tñ quia

Papa nihilominus dedisset literas in forma,cõi ideo tũc delegatus ꝓcedit in cã ſm iuris ordinẽ.
a Facere] S. Bo. in 4.di.17. parte 3.in q.circa literam dicit,ꝙ oĩs doc.in hoc. concordãt,& ſubdit intellige, ſi mutat ſacerdotem, & idẽ,ſi non mutat, ſed propter diuturnitatẽ tẽporis nõ recordatur ampli⁹ ſacerdos ꝺ peccatis ſibi ↄfeſſis. Et dici. Sco.in 4. diſt. 15.quod omittẽs facere iniũctam pœnitẽtiam, peccat mortaliter, nõ, qa facit ↄtra ꝓceptum vicarij dei.i.confeſſoris & eccleſię, vt in c.omnis, de pœ. & remiſ.
b Recidiuat] S. Bo.in 4. diſt.17. par. 3 in q circa literã dicit qđ ſi in cõfeſsione eſt defect⁹ cõdõnis, expeditis,& cõgrue tũc iteratio eſt de congruitate, nõ de neceſsitate,vt qñ interuenit obliuio, vel recidiuatio. Inn. tñ in cã oĩs vĩ ponere ↄriũ p illã parabolã, dñi Mat 18. Serue nequã nonne oẽ debitũ dimiſi tibi,de quo vide quod no. Sco.in 4. di. 22.

de ſen.exc.a ↄtrario, & c. ſuper literis,de reſcr. clatũ eſt ꝑ hoc. Aut pœnitẽs nõ adhibuit debitã diligentiã, ſed fuit ignorãs ignorantia craſſa,vel affectata tũc teneretur qs prius confeſſa,& talr ter oblita reconfiteri, niſi ĩ caſu qñ poſſet haber prio rẽ ſacerdotẽ,& nõ eẽt ei interdicta poteſtas abſoluendi. Adde ſm S.Bo.in 4.diſt. 17.in q̃ſtionib. circa literã, ꝙ ſi fuerit recenter cũ eo ↄfeſſus, ita ꝙ habeat memoriã ſuorũ peccatorum,ꝗ antea fuit confeſſus, vel ſaltẽ recordetur pœnitentiæ im poſitę,vt infra dicam.S.14. quia tunc ſufficeret ſolũ illud oblitum cum ſua negligentia confiteri, aliàs non.
e Quod non potest] Hoc est verum in emphyteuta priuati; secus in emphyteuta ecclesiæ, qui postquam cecidit a iure suo per cessationem solutionis canonis per triennium, vel biennium, qui potest propria autoritate expelli, etiã si de facto resistat, facit text. in d. l. 2. in ver. repellere, C. eo. & per multa alia, quę adducit Barba. in d. c. potuit, & idem ibi tenet Imo. & Fran. Are. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. x. col. C. de acq. pos. & con. at. inci. diligenter & mature, & Ias. in d. l. 2. recitatis quinque opinionibus, idem tenet. Nec habet terminum, qui datur a iudice secundùm Bal. in c. 1. per illum tex. de contro. inter do. & vasallum.

f Habet ius in re] Istud ius est naturalis possessio, quam habet, a qua secundũ Cyn. nolebat posse expelli autoritate propria domini.

g Est tutior] Nã alias daret materia & occasio ad rixas & tumores contra l. aquissimum, ff. de vsu fru. & pp multa alia, quæ adducit Salic. in d. l. 2. & ibi Iaso.

h Emptio] Sciẽdum, ꝙ emptio, & venditio originem a permutatione sumpserunt. Permutabãt. n. primò res vt puta, ego hẽbã vinũ superfluũ, sed non frumentum, & tu ecõtra permutabamus, &c. Vel ego vestem, tu equum, &c. Sed qm̃ difficilè erat inuenire semper res necessarias, ideo fuit introducta pecunia, & ex altera merx. Quarum commutatio dicitur emptio, & venditio. hęc habentur in l. 1. ff. de contrah. emp. & ibi Bar. in §. fi. dicit, ꝙ est de iure gentium, quia oĩs gentes vtũtur eo. c. ius gentium. 1. di. §. ius gentium, Insti. de iure. natu. gen. & ci. licet emptio non ita incœperit, ex quo gentes esse cęperunt. Idem dicit de mutuo, qui fuit introductus de iure gentium, & non ciuili, sequitur Bal. & Salic. ibi, & est tex in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iu. vnde male dicit gl. l. in eas causas, ff. de capi. dimi. volens, ꝙ emptio sit de iure gentium quoad æquitatem, tamen est de iure ciuili. Barba. in rub. extra eo. tenet contra Bar. & sequitur illam glo. in d. l. eas causas, vide eum. Sed tu tene Bart. Effectus huius conclusionis est, quia si est de iure gentium, non potest per principẽ tolli sine euidenti causa; secus, si esset talis contractus de iure ciuili, sicut dicimus de testamento, vt per Bald. & Mod. in l. si testamentum. C. de te. Vide Fel. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. 5. col. Cõtractus etiam emphyteuticus, & feudum sunt de iure gentium secundũ Bald. in rubr. C. eo. quia consensu perficiuntur. verum est, ꝙ per consuetudinem requiritur inuestitura in feudo.

i Quę dominium & pos.] Hæc fit conclusio. Venditor, si dominus est, transfert in emptorem dominium per traditionem. &c.

k Per traditionẽ] Ista traditio non est nuda, vel meri facti, sed habet in se causam proprietatis annexã,

quia

ne vēditionis [a] oīs alienatio? Bal. in l. volūtas, C. de fideic. tenet ꝙ non, licèt in principio iuris ciuilis veniret, vt patet per l. statuli. §. Quintus, ff. de statuli. vide qđ dixi s̄. emphyteusis. §. 10. Aduerte hic, ꝙ emptio & vēditio trib. mo. ꝑficiť, vt no. gl. Insti. tu de emp. & vendi. in princ. Primò quò ad hoc, vt non possit disce di ab altera partium sit per conuentionem ēt conditionalē. 2. quātū ad periculū, quod trāsit ad emptorem, sit purè, vt j. §. 11. 3. [c] quò ad trāslationē dñij, vel vsucapiēdi conditionē fit tradendo rē vēditā. d. §. venditæ, Insti. de re. diui. l. clauibus, [e] ff. de contrah. empt.

2 Emptio & vēditio ñ aliter facit rē ēptoris, nisi aut ꝓciū [f] solutū sit, aut satis eo noie factū, vel aliter fidē đ ꝓcio habuerit venditor, & tradať res, vt l. qđ vēdidit, ff. đ ꝯhē. emp. nec ꝑt eē emptio sine ꝓcio, s. pecuniæ numeratæ, vt Inst. đ em. & vē. § ꝓciū. vbi aliud ꝓ alio dať,

quia per ipsam transfertur dominium, vel vsucapiēdi conditionem sm Pau. de Ca. in l. ex empto, ff. de act. empt. secus est in alio contractu, q̄ emptionis, vt commodati, locati, & hmōi, quia talis traditio tunc esset meri facti, quia non transfertur dominium, neque teneretur ꝓcisè ad dādū, sed liberaret soluendo interesse, vid. Bar. in l. stipulationes non diuidūtur, ff. de ver. ob. q 8 Pan. in c. cū Ioannes æremi. de fi. instr. vide Are in §. precium, Inst. de emptio. & vendi.

a Venditionis] Regulariter venit omnis cōtractus, per quem transfertur dominiū d. § Quintus, & ꝓbat tex. in c. 1. de conten. Iter do. & empt. in vsi. feu. & no. in l. 2. C. de vsuca pro emp. Hoc primo fallit, vbi fit commemoratio precij, quia tūc intelligitur de contractu emptionis, prout differt ab alijs contractib. l. 1. C de prædi. decu. si. de non alie. li. 10. l. a Abb in c. 1. de reb. ec. non alie. 1. col. Et in c. potuit, de lo. a & in c 2. de postu in fi. & no. Io. cit. de emp & ven. §. nunc dicendū. 2. ver. sed pone. Et dixi s̄. in prin. &c. Secūdò fallit in materia pœnali, vel restringibili, quia appellatione emptionis solus veniret cōtractus emptionis, prout differt ab alijs, sm Spec sing. d ver sed pone. Vbi si statutū dicit, si quis domum extraneo a perentella vēdiderit, liceat eius agnatis eodem precio intra certum tempus recuperare, ꝙ non procedit, si res sit data in solutum, vt ibi per eum. Firmat hoc Phil. Fran. in c. 1. de excess. prçl. lib. 6. Et Abb. in d. c 1 de reb. ec. non alie & Barto. in l. qui duobus, ff. de fals. Ex hoc infertur, ꝙ si io sentētia, vel decreto iudicis prohibeatur emptio, vel venditio, ꝙ intelligitur de emptione strictè, & sic non de alio contractu. Eo quia verba sententiæ, vel decreti iudicis sunt strictè intelligenda, in l. s. C. si plu. vna sententia. No. Bar in l. 1. C. quando pro uo non est ne. Tex. est no. pro ista illatione in l. si pupillorum §. si prætor, ff. de re eo. & idem dicendum est, si per statutum fieret ista prohibitio, vel etiā per legem. Vel etiam si prohibitio terminaretur ad contrahentes, inter quos prohibetur venditio, cū istud sit odiosum, & consequenter restringibile per vulgaiam. l. sed non vsque adeo, ff. si quis a pa fue. ma. Nam in eis non comprehēderetur alius contractus. Ita Bal. in l. voluntas, C. de fideicommiss. Clarius in consil. incip. Istud statutum terræ. Quod tamen intelligendum est, nisi lex, vel statutum venditionem prohibendo respiceret publicam vtilitatem, quia tunc ad impediendum alienationem fauore publico verba latè accipi debēt, & ample, vt omnem alienationem comprehendant, vt l. hoc modo, cum alijs §. ff. de cōdi. & de. Tertio fallit prædicta regula considerato communi vsu loquendi, quia non de omnibus contractibus, sed solùm de vulgari emptione intelligeretur secundùm Abb. in d. ca. quia vsus communis loquendi præfertur in quacunque materia ꝓpriæ significationi verborum. l. libertorum. §. quod tamen Cassius, de legat. tertio. vbi gloss. nota. dicit, ꝙ communis vsus derogat omni dispositioni in exaudiēdis sermonib. quam gl. commendat Ale. con 60 2. volu. visa legitima tiōe. Fallit quarto in casu sing. l. itē. §. idem intereit, de lega. 3 de testatore legāte omnes res ab eo emptas, quia nō venient res ad testatorem ex alio titu. pertinentes. & illum text. exclamat Ro. sing. 622. & hoc videtur propter coniecturatam mentem testatoris, vt illa in legatis cōuertantur, Quæ mens multum in proposito considerabilis est secundum Bal. in d l voluntas. 2. col.

b Etiam conditionalem] Et hoc modo conditionalis est perfecta, vt l. sicut ab initio, C. de actio. & obl. & hoc casu no. ꝙ existente conditione fingitur retro contractum fuisse perfectum, secundùm Bar. in l. necessario. ff. de pericu. & commo. rei venditæ. & vide eundem in l. prætor, & in l. qui balneum, ff. qui po. in pi ha. intellige. quod conditio retrotrahitur, si est casualis, secus, si potestatiua, vt dicta l. potior, & ibi Bart.

c Tertio] Adde clariorem gl. in l. 1. C. de peric. & cōmo. rei vend.

d Rem venditam] Ad hoc. l. si quis rem alienam. ff. de act. emp. Vbi ius superueniens venditori prodest emptori.

e L. clauibus] Dicit gl. ibi, ꝙ est generale, vt dominus tradens dominium transferat. Si verò non sit dñs, transferat vsucapiendi condi. §. item si quis Insti. de re. di. & per quas per so. no. acqui. §. ex his, ff. de acq. re. do. l. qua ratione. § item si quis.

f Precium solutum] Sed quid in alio contractu numquid dominiū trāsferatur merce de soluta, vel habita fide de ea? Bar. in d. l. quod vendidi allegat glo. in contrarium, & nihil determinat, sed in l. si seruus. §. locati, ff. de cur. dicit secundùm gl. ibi, ꝙ etiam si nō habeatur fides de precio, vel si nō sit soluta merces, ꝙ trāsferatur dominiū, & quod speciale sit in contractu venditionis, quod hic dicitur. & fa. ac text. in l. 2. ff. de pign. act. vbi si redditur res pignorata non recepta solutione, vel habita fide de ea, non remittitur pignus, & sic nō transfertur ius, quod erat apud dantē. non ob. §. venditæ, quia loquitur in cōtractu vēdōnis, cuius appellatione veniūt cæteri ꝯtct⁹. sequtur Bal. in l. licèt, C. loc. licèt Bal. tenuerit ꝯtriū in l. 2. C. de rsper. sed vide ipsū in l. traditionib. C. de pac. &c.

permutatio est [a] non venditio, ff. de contrahen.empt. l.prima.

3 Sed nūquid tradēdo rē vēditor videatur fidem haberī de precio? ꝶ.gl.ī dicta l.quod vēdidi.ꝙ sic nisi fortè emptor dicebat pecuniā habere ad manus,eū nō haberet,& sic tradidit,vt ff.đ pigno.act.l.si quādo. [b] Similiter habet fidē de precio, si dedit diē solutionis emptori,arg.l.ad solutionē, [c] C.de re iudi.

4 Verū quilibet, qui pōt vendere,possit fidē habere de precio,vt tradendo rem emptori transferat in eū dominiū? ꝶ.ꝙ nō procurator fisci, [d] ecclæ,& minoris,vt no.Bar.in l.à diuo Pio §.sed si emptor,ff.đ re iu.& Cyn. in l.inciu le,C.de rei vē.& est tex.iuncta gl.in l si procurator,ff.de iure fisci.not. Pa.in c.cum olim,el .1.de offi.delega.

5 Verū vendēs possessionē,vel domū, & huiusmodi,& quia emptor non habet preciū,tradit eam cum pacto, ꝙ donec sibi soluerit preciū, vult sibi soluat pēsionem debitam đ ea re, sed precio soluto nihil amplius vult,licitè possit facere? Respon. ꝙ sic, tex. est l. curabit, [e] C.đ act.empti.& vēdi. & secundùm Azo. in gl.Bal.& Bar.ibidem, & Salic.& Ang.in l.Iulianus,ff. de act.empt.& Io. de Ana. in c.ↄquestus,de vsur licèt etiā de iure canonum.& facit glo.in capi.conquestus, quam communiter sequuntur do.de vsur.nec ob.ꝙ loquitur de eo, q̄ est in mora post terminū, quia sic ī mora potest constitui à principio.& licèt aliqui theologi & legistę,vt Butri.ī d.l.curabit,dicāt vsurariū, qn̄ solū ꝑcipit fructū,qa nō soluit:secus,qn̄ đ pecunia sua lucrat' fuisset, vel ex ea aliquā vtilitatem fecisset, qa tunc habet locū prima opi. tamen mihi videtur,ꝙ simpliciter prima opinio sit vera, quia nihil iniustum fa-

a Permutatio est]Nunquid si permutaui librū meū cum tuo, hoc addito, ꝙ dares mihi etiam 10. Quis contractus erit iste? Bart.in l.si emptione,in prin ff. eod.dicit,quòd est contractus emptionis,quia attenditur id,qđ principař agit.Et adde Bal.ī l.1.C.de re.permu.Et in prelu.feu. Et vide Barto.in l.Arist. ff. de dona. vbi dicit se vidisse quæ de facto.Papa concessit posse vendere de bonis monasterij ex certa causa Abbas vendidit fundum pro centum,& pro certa petia terræ, opponebam,ꝙ non potuit,quia erat permutatio, sed contrarium decidetur,quia principaliter fuit celebrata venditio; vide Angel. in l. creditor, ff. de statu hom. Et vide.cap.ad quæstiones, de rer. perm. & ibi Ca. no. In dubio autem inspicitur, quid plus valet vt si valet plus res, quæ datur pro re, quā pecunia, fit permutatio,si autem non apparet, quæ sit maior pars,tunc iudicabitur contractus innominatus, vt dicit Bart. in l.1.ff de re.permu.& ibi Ful. & Imo.in d. l.Aristo.Ias.in d.l. 1.ibi,Pau.de Ca.summar.

b L.si qn̄]Qui restituit pignus sperans se statim recepturum debitum,si non recipit, non censetur ius pignoris remisisse Et Bart. ibi not. istam l.ad materiam, quando emptor dicatur habere fidem de precio. Et hoc Bart. & Ange. in l.si cum dotem.§.si.ff. sol.ma.& ibi Alex. post Bar. Et Bar. latè in l. à diuo pio.§.sed si emptor,de re iud.& Bal.in l.ciuile,C.de re iudi.& Bal.in l.ciuile, C. de rei ven.& in l. si non donationis,C de contrahen.emp.

c Ar.l.ad solutionem] Est enim ibi casus,quod ille qui petit dilationem ad soluen. videtur acquieuisse sententiæ. Et sic ad propositum, ꝙ si dedi diem ad soluendum,videtur,quod fidem de precio habeam. Et verum videatur renunciatum appellationi, Vide ibi Alex.in apost.post.Bar.ibi.

d Procurator fisci]Ratio est quia non possunt vendere nisi ex causa,vt creditoribus satisfiat, quā causam non implent,habendo fidem de precio.Ita dicit Bar.in §.sed si emptor.Et Adde Alex.con.81.3. li.Si erat procurator.Et tunc aut est generalis; & potest, l.cuicunque, ff. de insti. Aut est procurator specialis; & tunc aut fuit constitutus, vt venderet certo precio; & tunc non potest habere fidem de precio, quia excederet formam mandati; aut fuit cōstitutus simpliciter, & aut ob certam causam,quę non fuit secuta, & non potest habere fidem de ꝑcio, vtputa,constitui procuratorem ad vendendam certam rem vt satisfaceret creditoribus. Si verò non fuit expressa certa causa, tunc potest habere fidem de ꝑcio. Sed dubium est,quid si procurator cōstitutus ad vendendum confitetur se habuisse precium? Barto. in d. l. si procurator fisci, videtur sentire, quòd non sufficit, quia aliud est recipere precium,& aliud cōfiteri. Facit text. not.in l.2. C. de quadri. præscri. Vbi dicitur, ꝙ si procurator fisci confitetur se percepisse precium ex re vendita, confessio probat solutionem etiam contra fiscum. Et eodem modo videtur dicendum in procuratore ecclesiæ. Sed concordando posset dici, ꝙ si fuit constitutus, vt venderet pro certo precio, vel ob certam causam,& tunc procedat primum dictum. Si verò simpliciter, & procedat secundùm.

e L. curabit] Et ibi gloss. dicit in ver.ratio. Quæ adeo iusta est, vt cum quasi interesse iure petantur, etiam iure canonum obtineat, quod hic dicit, & ibi sequitur Barto.facit quod not.Bald. in rubrica, C.de vsur.Et Barto.& Bald.in l. 2. C. de vsur. vide infra,vsura.1 §.18 Et Bart.no.ex illo tex.in d.l.curabit,ꝙ in contractib. in quib. vltro citroque aliquid additur,si vnus implet contractū ex parte sua, alius nō,tūc est ī mora re ipsa sine interpellatiōe. Hoc tn̄ est verū,si emptor hēt rem,& fructus; secus,si nō lucraretur fructus secundùm Cyn. in l.si minorem, C. de in inte.re.Fallit tamen in minore,vt d.l.curabit

a Si nolo] Videtur sentire, quod venditor retinet in se dominium partis possess. Vt dixi infra, vsura. 1. §. 18. Et adde tex. qui concordat cũ d. l. curabit, in l. 3. C. de vsuris. Valet ergo venditio, sed in præiudicium vendentis, vt ibi per glo. Et ambo committunt furtum, si scienter faciũt. Et de materia illius glo. vide Bart. in l. 2. C. de empto. & vide gl. no. in l. Irē si res, ff. de alie. iud. mu causa fa. Et Bar. & Alex. i l. 2. ff. d pig. actio.
b Vendere q cleticia non liceat, vide Con. Tri. sess. 22. c. 5. d ref.
c [Quinto] Fallit si sunt plures tutores, & vnus emit cũ aliorũ autoritate, vt no. i l. 4. §. 1. ff. de autho. tu. vel ẽt qñ apertè emit, & bona fide, vt in l. pupillus. § sanè, ff. de auto. tut. secus, si clã & mala fide. l. nõ æstimo in arg. ff. de admi. tut. l. pup. § sanè, ff. d auto. tut. & l. fin. ff. de ri. nupt. melius facit l. si t. i. en ptione. §. si ff. de contrah. emp. multo magis vxor eius facere potest. Et hæc distinctio habet locum i omni officio publico, vel priuato, aliàs punitur. ff. de contrahend. empt. l. non licet.

cio si nolo a tibi dare possessionẽ meã, vt fruct9 tuos facias, nisi dederis mihi pcium, etiam si illud volebam seruare in capsa.

6 Quæ non b pñt vendi? R. multa. Primò spũalia, & de hoc. vide infra, simonia. Secundò liber homo, dic vt infra, seruitus. S. 1. Tertiò illa, quorũ vsus ẽ solũ mal9, vt supra, Ars. Quartò res aliena, de quo vide in gl. l. rem alienam, ff. de contrah. emptio. quomodo autem teneatur q emit, Vide infra, restitutio 1. in verbo, emens. Quintò c res pupilli non possunt emi a tutore. l. cum ipse, C. de contrah emp. & vend. hæc no. in l. si emptione, S. 1. ff. de contrahend. emptio.

7 Quo precio, pñt vendi, vel emi res? R. q licèt variæ fuerint opinio. tam legistarum in l. 1. C. de episcopa. audi. quàm Canoni. in capi. 1. & c. cum dilecti, de emptio. & vendi. tamen (saluo meliori iudicio) secũdùm quod colligo ex dictis Sco. in 4. dist. 15. dico, q res tanti vendi potest, quanti emptorem inuenit. & è contrario emi potest, quanti vẽditorem inuenit, dũmodo hæc quatuor concurrant. d Primum scientia, scilicet q nulla sit deceptio ex parte alterius, sed quilibet ipsorum agnoscat rem, & eius qualitatem, & valorem Facit gloss. penul. in l. mortis cã capimus. e §. si ff. de dona. causa mor. Secundum libertas voluntatis, sc licet q non faciat ex tali necessitate, quæ excludat rationem voluntarij. quomodo autem possit perpendi, quòd non stat voluntariè, considera, si talis res pertinet ad necessitatem vitæ, sicut sunt granũ, medicinæ, f vinum, vestes, domus, & huiusmodi, sine quibus viuere quisque nõ potest, quia talia non possunt vendi ad libitum, sed iustum precium debet taxari, attẽditur etiam, quòd non sit libera voluntate, quando quis vendere, vel

d Quatuor concurrant] Nota tamen pulchram distinctio. Pa. in c. 1. de emptio. & vend. vbi distinguit, q aut res sunt expositæ venales, & sunt necessariæ ad vitam humanam & tunc iusto precio coguntur vendi, Quia interest superioris prouidere necessitatibus subiectorum, & reipublicæ, & in istis debet intelligi tex. in d. c. 1. Ex quo infert Bal. in l. 1. C. de episco. audi. q cum vita hominis non possit duci sine vestimentis, & sine hospitio, possit statui in eis, vt in pannis, & in domibus aptis ad locandum, certũ precium. Et sic fuit Paduę actum. Aut non sunt necessarię: & tunc non potest quis compelli. Et tunc militat regula, q quilibet in re propria est moderator & arbiter. l. in re mea, C. man. cum si. Ad hoc. l. inuitum, & l. dudum, ff. de contrahen empt. Imo videtur, q nec Iudæis &c l. nemo exterius, C. de Iudęis, & vide in l. nec emere, C. de iure deliberandi, & in l. non enim, ff. rerum amotarum, vide not. per doct. in l. 1. §. cura carnis, ff. de officio præfecti vrbis. & Bar. in l. annonam, ff. de extraor. crimi. Ang. in l. si pendentes. §. super cloacarijs, ff. de vsufru. &c. Aut res nõ sunt expositæ venales. Et tũc si sunt necessariæ ad vitã humanã, & tũc cõpelluntur vendere habentes. Rõ, quia tempore necessitatis oĩa sũt communia. ca. si quis, de fur. c. discipulos, de cõs. dist. 5 & vide gl. in c. sicut hi. 47. dist hæc ille, Secus in altjs rebus &c.

e Capimus] quã tex. ibi notat Barto. ex quo colligit arg. quod res tãtum valet quãtum vedi potest homini eius conditionem scienti. Et illam gl commendat Bald. in l illud, C. de colla. & vide Alex. in l. pcia rerum, ff. ad l. Falci. vnde si quis sciens stum preciũ rei, & offert aliquid vltra, attento q isto casu cessat deceptio, ille talis legitime retinere illud, quod vltra donatũ est, ar. l Campanus, ff. de ope. li. facit l. Cum donationis causa qs vendidit pro modico precio, non auditur volens venire contra voluntatem. Ita firmant Imo. & Abba. in capi. 1. de emptio. & vendi. duct solum argumento. c. scienti, de reg. iur. lib. 6. vide Feli. in cap. cum causa, de testibus.

f Granum, medicinæ] Idem do. Anto. in c. quia plerique, de immu. eccle. & Pan. ibi, qõ 10. dicit, si donauit exactũa, quia eo casu tenetur recipiens ibi facere conscientiam, & in fin. q. ponit exemplum de medico, cui si venditur aliqui l ab infirmo, datur remedium ad rescindendã venditionem, qa videtur facta non liberaliter, sed propter infirmitatem euadendã, text. est in l. Medicus, ff. de vari. & extraordi. cogni. Vnde illud plus repeti potest in vtroque forõ secundùm Panor. vide Feli. in capt. dilectus, priuio de limo. Et facit ratio, quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam, ff. de adi. leg. gloss. in verti.

emere vult tali precio propter euitandum notabile, & enorme damnũ, nã qñ quis nisi venderet tali precio, vel emeret, esset incursurus, puta amissionẽ maioris partis suorum bonorũ, vel notabiliorem, certè ista necessitas, & omnis timor, qui cadit in constantem, excludit libertatem voluntatis, secundũ no. in ca. cũ locũ, de spon. & in c. abbas, quod me. causa. Secus ĩ minori metu. nam dicit Sali. in aut. ad hęc. [a] q. 21. C. de vsu. ꝙ est contra charitatẽ addere afflictionẽ afflicto, quod non licet, lege diuus ff. de offic. presi. Tertium, ꝙ sit prudens, [b] quia magna mentis leuitas redderet cõtractum illicitum. Quartũ, ꝙ ille, qui vendit, vel emit plus debito, possit donare, arg c. 2. de don. si verò hæc quatuor non concurrunt, tunc non licet emere, vel vendere nisi iusto precio, & scienter notabiliter plus vendens, vel minus emens peccat mortaliter, [c] & tenetur ad restitutionẽ, [d] quod quidem, precium [e] debet attendi ẽm cõem ęstimationẽ, vt dicit l. precia, ff. ad l. Fal. no. glo. in c. hoc ius. 10. q. 2. & eam sequuntur cõiter doc. Quomodo aũt ista ęstimatio debet fieri, qñ nõ est cõitas talis commertij, dico, ꝙ pensatis raritate, laborib. & periculis iudicio boni mercatoris determinabitur, qͣ alia regula non põt dari, & hoc in re mobili. in immobili verò ęstimat̃ ẽm fruct⁹, ẽm gl. & Bar. in l. 2. C. de rescin. vendi. quẽ sequunt̃ communiter doc. & tali precio deberet vẽdi & emi, de hoc vide infra. æsti matio. §. 1. cum seq. Si tamẽ prædicta concurrant, credo similiter vt mobiles emi posse, & vẽdi, & not. q̃ quo ad valorẽ attendi dẽt tẽpus contractus emptionis, vt in d. ca. cum dilecti, & d. l. 2. C. de rescin. vẽ. nisi sit dubiũ, an tpe solutionis sit plus valitura, ẽm ꝙ dicã infra vsura. 1. § 33. Aduerte tamen prædicta non habere locũ, qñ plus vẽdit̃ ratione tẽporis, quia preciũ non soluitur, qͣ licèt foret sciẽs & volẽs, tamen non excusaret vsurã, vt plenius infra. vsura. 1. §. 58. dr. vide etiam quod dico supra, dol⁹. §. 9. Limita et prædicta nisi in casu, de quo infra. §. 10.

8 Verũ vẽditor [f] teneat̃ dicere defect⁹ [g] secretos emẽti? ℞. vt colligo ex dictis p Ang. ĩ l. si qs cũ aliter. ff. de ver. obl. & Pa. in c. iniustũ,

verſi. liberaliter, in cap. reletum, de præben. & quod not. Bar. in l. 1. ff. de donatio.

a Sali. in authen. ad hoc] & subdit vnum bonum verbum, s. quòd si talis est neccesitas, ꝙ venditio, siue emptio non potest vlterius differri, tunc non licet vllo mõ viliori precio emere, vel cariori vẽdere, qͣ quãtum in maiori necessitate videt fratrẽ suum, tanto maiorem charitatem debet ei pbere, vel saltem opus pietatis nõ minuere.

b Quod sit prudens] Puta, mulier, rusticus, siue iuuenis, & similes, quib. non creditur, ꝙ ex liberalitate vendant, sed imputatur magis leuitati & ideo esset restituendũ eis, qđ minus iusto precio a talibus emptum est, vel pl⁹ iusto precio venditũ, ita firmat Inn. in c. cum cõtingat de iureiu. Intellige tñ, qñ istæ personę non essent sagaces, quia tũc nõ præsumitur ĩ eis donatio, secus si essent sagaces, vide d. Ant. & Ab. in d. c. quia plerique. 10. q. Idem sensit Bal. in l. 2. C. de rescin. vendi. licet Barb. dubitauerit de hoc in c. Rai. de test. col. 13.

c Peccat mortaliter] Quia cum sciẽter proximũ decipiat, & auferat sibi suum, vr̃ facere cõtra præceptum domini, Non furtum facies.

d Tenetur ad restitutionem] Barba. in c. 1. extra eo. tit. dicit se consuluisse, ꝙ vendens plus, quàm res valet, dũmodo nõ excedat dimidiã iusti pcij, vel emẽs minus iusto pcio, si est infra dimidiã iusti pcij, ꝙ nõ tenetur ad restitucioné, qui alleg. multe pcipuè do. Ant. & Pan. in c. quia plerique, de immu. eccle. 10. q. Idem videtur tenere d. Fran. de Are. in c. cũ causa, de testi. Tu tñ tene id, qđ hic concludit̃, & sic tenet Sco. in 4. di. 15. q. 2. ar. 2. S. Tho. 2. 2. q. 87. & ibi respõdent ad l. in causæ, de mino. do. Anc. & Pan. in c. in ciuitate, de vsu. Ioan. de Fantu. in d. c. hoc ius, & Ioan. Calde. in d. c. fi. de vsuris. Dixi supra, dolus. §. 9. Ad motiua Barba. facilis est ratio, si attendamus id, quod vult iustitia, & ęquitas, & lex diuina. Confirmat̃ cõclusio hæc facta per glo. hic allegat. in c. hoc ius, sic inducendo, ecclesia non debet plus iusto emere, vel vendere, aliàs tenetur ad restitutionem; ergo idem erit in quolibet Christiano, facit ca. 1. extra eo. & probo sic, non licet ecclesiæ, quæ est corpus, ergo nec membris licebit, & hoc tenent d. Anto. & Ioan. de Ana. in c. in ciuitate, de vsuris, qui dicũt quod illa glo. habet locum in clericis. Item hoc non congruit bono viro, l. semp in contractibus vbi gl. ff. de reg. iuris, ergo &c.

e Quod quidem precium] Ista cõis ęstimatio potest dici, ẽm q̃ res publicè venduntur in mercato, vt cap. 1. de emptione & venditione. vide no. tex. & ibi Barto. in l. septem, C. de erogacio. milita. anno. li. 12. Ita pbat tex. i d. c. cum dilecti, & l. si ea, C. de vsu. & l. sancim⁹. §. fi. C. de don. & tex. in c. in ciuitate, de vsur. & nõ est intelligendũ si pcisè, qn cõsideret añ & post, vt dicit Bar. in l. precia rerum, ff. ad l. Falcid.

f Ad hoc Cate in præce. non fur. fac. c. 2. Pet. Ven.

g Dicere defectus] Est sciendum ꝙ emptori contra venditorem competunt duæ actiones in casu huius §. prima dr̃ actio redhibitoria, quæ cõpetit emptori qñ seruum, vel animal morbosum emit, vt vẽditor

ipsum

Ipsum recipiat, & precium restituat. Nam si emptor sciuisset esse morbosum, nullo modo emisset, & hæc actio durat sex mensibus. l. 1. ff. de ędil. ædict. & dicitur redhibitoria, quia fit redhibitio, & reditio, quia res, & precium redeunt in priorem statum. l. reddere, ff. de ędi. edi.

de re. pmu. cũ distinctione ꝙ aut si sciret, nullo modo emeret, puta quia equ⁹ hẽt defectũ talem, ꝙ poti⁹ staret sine equo; a & tunc nullo modo, licet celare. Si verò emeret, licèt non ita libenter, tunc si nullũ periculum immineat, vel dãnũ emptori, & res non vendatur vltra iustum preciũ, attento defectu latẽtẽ, & emptor sit industrius, non tenetur reuelare, b nec peccat non reuelando, quãdo solũ facit, vt iustum habeat precium, & quod dico de defectu, intellige de mixtura c alterius rei, vt puta vino limphato, speciebus, quibus immiscetur aliud, quã æstimetur. si autẽ imminet

J si hæres, de excep. rei indi. alia actio dr̃ Quanto minoris. Et ista competit emptori empturo, licèt sciuisset viciũ rei sed dat, vt fiat restitucio partis ꝓcij, quã minoris fuisset emptur⁹, si viciũ sciuisset. Et ista actio cõpetit intra annũ vtilẽ. Et ista est duplex ciuilis & pretoria. prima datur vt pro tigno vicioso vendito. prætoria, datur nisi pro seruia, & animalibus morbosis, vł viciosis venditis, vt l. 1. § 1. ff. de ædi. acti. & vna respicit precium singulare respectu emptoris. Alia verò precium commune, vt in l. 1. in princ. ff. de actio empti. exemplum in seruo homicida vendito, quem ciuis si sciret, non emeret, tirãnus aũt sic. hæc Bar. in l. Iulianus, in principio. ff. de actio. emp. Et istę actiones ędilitię, fuerunt æditę ab ædilibus. i. ab illis officialibus Romanis, qui præerant rebus ædilibus, & statuebant, nè res morbosę venderentur. Vnde statuerunt in remedium istas duas actiones.

a Potius staret sine equo] Pone exemplum, venditor dixit emptori. Vendo tibi equum cum suis superossis, & suis magnis vicijs, nec volo in aliquo teneri facta venditione, intra modicum tempus reperitur, quod equus dolet in spatula, quem dolorẽ non ostendebat tempore contractus, quia erat calefactus. An teneatur venditor? Et videtur quod non, ex quo pactum fuit appositum, ar. capitulo penultim. de commo. contrarium sentit Specul. & clarius ibi Ioan. Andr. in additio. titu. de emptio. & venditio. §. Nunc dicendum, versicul. quid si venditor, per text. & ibi no. in l. tenetur, in fin. & in l. quęro, ff. de actio. empti: & ratio est, quia videtur emptor fuisse in dolo non exprimendo illud vitium in speciali. Nam in generali sermone non exprimitur quis velle renunciare ei iuri, cui in speciali, non renonciasset, ar. in l. Sed & si quis. §. quęsitum, ff. si quis Abb. idem tenet in ca. caut. cum contingat, de iureiurand. in antepen. col. & Paul. de Cast. in l. pacisci, ff de pact. & gloss. in l. ea commendandi §. fin. ff. de contrahen. empti. ponit exemplum de eo, qui vendidit equum, de quo dicebat, quod nolebat ascendere arborem, scilicet quia nolebat ascendere pontem, siue portum ad transeundum flumen. Idem Areti. Insti. de iure natu. § præto rum, subdit Specu. vbi supra ꝙ hæc sunt vera, quãdo in contractu venditionis expressit omnia vicia in generali, licèt ante contractum multum commendasset equum, & sanum asseuerasset. & tunc si emptor potest probare venditorem sciuisse morbum, vel viciũ in equo non proderit ei pacti except o aduersus emptorem contra illum agẽtem redhibitoria, vel quanto minoris. Secus tamen secundùm aliquos, si ante contractum exprimendo defectus in genere protestatus est se nolle teneri, Quia fortè pactum sibi prodesset, ar. tex. in l. quærit, § si venditor, ff. de ædi. edi. & hoc casu aget redhibitoria. Aliam quæstionem ponit Specu. vbi supra versi. quid si vendens, De eo, qui expressit vicium equi, quód sciebat, sed cum illo vicio expressit alia, quæ equ⁹ non habebat, puta, vendo tibi æquum pro clauado, pro lunatico. & vidẽs emptor, ꝙ non erat clau dus, &c. credidit, nullum viciũ habere, & emit, tamẽ comperto vicio potest agere redhibitoria, quia insidiosè expressio talis facta est &c. d. l. ea quæ. § si. & idem tenet Ab. in d. c. iniustum, dicens hoc esse not. quia quotidie practicatur. & sequitur Bar. Bal. in c. cum dilecti, de emp. & vend.

b Non tenetur ei reuelare] Tu dic secundùm Cyn & in l. 1. C de ædi. act. & Pa. in d. c. iniustum, Aut morbus est notus tam emptori, quàm venditori, & non competit aliquod remedium, quia scienti & volenti non fit iniuria, neque dolus, in d. l. 1. § si intelligatur, ff. de ædili. ædic. l. pacisci, ff. de pact. Aut vterque ignorauit, & competit actio quanto minoris. Non aũt ad totum damnum. l. tenetur, ff. de acti. vend. vel etiam redhibitoria si nullo modo emisset patefacto vicio. Aut alter tantùm sciebat, vt emptor & sibi est imputan. ratione prædicta. & si venditor, tenetur ad omne interesse, quod inde passus est emptor, non solùm ad precium. l. Iul. in princ. ff. de act. emptio nisi interuenisset pactum speciale, ꝙ non teneretur. d. l. pacisci, ff. de pac. & viciũ dicitur patens esse, quando quilibet aspiciens potuisset perpẽdere aliàs est latens.

c Intellige de mixtura] Aduerte, ꝙ tex. in l. 1. C. de condi. pub. horre. lib. 10. & ibi Bar. & Ang. vult, ꝙ liceat cuique frumento bono corruptum miscere, ibi dicit Bart. ꝙ laici dicerent esse peccatum, quod non est verum, quia fit lege permittente, ergo non debet esse peccatum, l. Gracchus, C. de adulte. & Angel. ibi notat pro aromatarijs immiscentibus cęram corruptam cum bona, quia non dicuntur artem falsificare, & multa addunt, vt ibi per eos. sed in contrarium est veritas, & Angel. fuit sibi contrarius, nam in l. annonam, ff. de extraordina. cri. per illum textum dicit puniri vendentes al immixtum cum lapillis albis, vel frumentum cum auena, vel frumentum corruptum cum bono, vel immiscentes vinum malnaticum cum alia specie vini. & idem de aromatarijs corrumpentibus aromata &c. & hoc idem sequitur Barbat. in capitulo 1. extra de emption. dicens, quòd illa l. 1. habet locum in fisco, vt patet in text. & non in alijs. Adde tu, quod illa lex & id quod dicunt Bartolus & Angel. ibi est contra legem diuinam, scilicet diliges proximum tuum &c. & contra legem naturalem capi. 1. 1. dist. Item contra bonum

commune, ideo S.Tho.2.2.q.77.tenet, ꝙ nulla fraus concessa. Idem Sco. in 4. dist. 15. vbi dicit, ꝙ neque in substantia, nec in qualitate, nec in quantitate permittitur fraus.

periculũ, vel damnũ [a] emptori, seu alteri, tenet manifestare; aliter tenetur ad restitutionẽ dãni, si accideret, [b] arg. l. in rebus. §. item qui sciens, ff. commo. & l. Iulianus, in prin. ff. de acti. emp. Aduerte tñ, ꝙ si vendens intendit vendere vnã rem, & emẽs intendit emere aliã in substantia, nõ valet venditio, vt si vendens intendit vnũ agrũ vendere & emens alium emere. [c] l. in venditionib⁹, ff. de contrahẽ. emp. Idem dic in materia, vt si vendatur aurichalcũ pro auro. d. l. in venditionibus. §. fi. Idem dicit in qualitate substantiali, puta in domo, quæ est cõbusta, ar. l. qui tamen. [d] ff. de contrahen. emp. Secus in qualitate accidentali, vtputa ĩ agro sterili, quem credit vberem. 18. quæst. 1. §. his ita [e] respondetur. 2. ver. fi. Fraudans verò in quantitate, puta in falsa mensuratione, [f] vt faciunt tabernarij, qui non implẽt mẽsuras, vel ĩ numeratio-

a Periculum, vel damnum] Vt si vendatur domus ruinosa, herba venenosa. Damnum, vt si plus eam emat, quàm valeat considerato vitio, &c.

b Si accideret] puta ad ędiũ ęstimationem si initio tigni corruerũt, vel ad interessa pecorum, si perierũt d. l. Iulianus. In vase vendito fracto, vt si est copa argentea, siue ignorans, siue sciẽs tenet ad totale interessa. l. sed addes. §. 1 ff loc. & idem in locato. §. sed si vas, ibidem; ita Bar. in d l. Iulianus.

c Et amens alium amere] Hoc tenet Sco. & S. Bona. in 4. dist. 27. quęst. 1. Verum autem impediat contractum emptionis, vide Bar. in l. 1. ff. de ..fli. procura. Cæsa in l. si quis in fundi vocabulo, de leg. 1. in l. in nomine, C. de testa. in l. demonstratio falsa, de conditio. & damon. post gl. & alios, in d. l. in venditionibus. Da vino tamen pro aceto secus, quia eadem est substantiæ qualitas, quæ ibi vocatur vsia, vini scilicet & aceti, quò ad saporem, licèt acetum fortius sit, tamen additur ibi, prope vsia est, quia vinum est calidum & humidum, & acetum est frigidum, & siccum &c. Fallit etiam nisi acetum esset ab initio, vel tempore contractus, quia emptio nõ valerat. In his tamen casibus venditor tenetur ad interesse, vt l. si sterilis §. quamuis, ff. da act. emp. vbi text. apertus.

d Ar. l. qui tamen] Melius facit l. cum ab eo. §. fin. ff. da contrahend. empti. vbi dicitur mensam argento coopertam mihi ignoranti pro solida vẽdidisti imprudens, nulla est amptio, pecuniaq; eo nomine data condicatur. Et glo. dicit, ꝙ non est amptio, quantum ad rem. i. æs, tamen dicitur aliqua esse emptio fauore emptionis, ve non dacipiatur, vt §. fina. Insti. da contrahen. empeio. vbi si vandidisti mihi rem sacram pro profana, Ago ad interesse, & sic intelligatur. l. quid tamen. Et quod dicitur hic, vt non valeat quantum ad rem, sad quantum ad hoc tanet, vt contra te agere valeam.

e §. his ita] Idam, si quis cradit accipere in coniugẽ castam, & accipit meratricem, tenat matrimonium. Sicut qui credit accipere diuitem, & accipit pauperem. Fallit tamen hoc casu secundùm gl. ibi nisi possessio produceret herbas pestiferas; tex. est in l. si prædium, in sacundo dicto. C. da ædil. actio. Datur enim ibi redhibitoria.

f Falsa mensuratione] Tu adde, ꝙ error in pondare impedit translationẽ dominij. Et hoc summè ponderat Bar. in l. arbitrio. §. de eo, ff. de dolo, pro mercatoribus vendentibus lanam ad pondus, & similla. De hoc etiam glo. ꝙ debent puniri de falso, in c. vt mensuræ, extra da emptio. & vendi. Et Bal. vbi supra ponderat eam contra tabernarios vendentes mensuris iniustis &c. Et circa istum. §. sic legaliter expositum, vt forma li⁹ habeatur materia, qa ast vtilia, Sciẽdũ est fm S.Tho. 2.2.q.77. art. 2. ꝙ circa rẽ, q̃ venditur, duplex defect⁹ cõsiderari põt. Vnus fm speciem rei, & hunc quidem defectum, si vẽditor cognoscit in re, quam vẽdit, fraudem cõmittit in vẽditione; vnde venditio illicita redditur, Isa. 1. argentum tuum versum est in scoriam, vinũ tuũ mixtum est aqua. Ali⁹ aũt defectus est fm quantitatem, quę per mensuram cognoscitur, & ideo si quis scienter vtitur deficienti mensura in vendendo, fraudem cõmittit, & est illicita venditio. Vnde Deute. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera maius & minus, nec arit in domo tua modius maior, & minor. Et postea subditur. Abominatur enim dominus eum, qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam. Tertius dafectus est ex parte qualitatis, puta si aliquid infirmum vendatur, quasi firmum & sanum. Quod si quis scienter fecerit, fraudam fecit in venditione. Vnde est illicita venditio. Et in omnibus talibus non solùm aliquis peccat iniustam vanditionem faciendo, sed etiam ad restitutionam tenetur. Si varò eo ignorante aliquis prædictorum defectuum in ra vendita fuerit, venditor quidem peccat, quia fecit iniustũ materialiter. Non tamen eius operatio est iniusta. Tenetur tamen cum ad eius notitiam peruenerit, damnum recompensare amptori. Idem intalligẽdum est ex parte emptoris. Quid autem si quis vendat aurum Alchimicum? Respon. ꝙ aurum, & argantum non solùm chara sunt propter vtilitatem vasorũ, quæ ex eis fabricantur, aut aliorum huiusmodi, sed etiam propter dignitatẽ, & puritatem substantiæ ipsorum. Et idao si aurum, & argantum ab Alchimistis factum veram speciem non habeat auri, vel argenti, est fraudulenta, & iniusta venditio, pręsertim cum sint aliquæ vtilitates auri, & argenti veri secundùm naturalem oparationẽ ipsorum, quæ non conueniunt auro per Alchimiã sophisticato, sicut quòd habeat propriatatẽ lætificandi, & contra q̃ pisdam infirmitates medicinaliter iuuat. Frequantius enim potest poni in oparatione, & diutius in sua puritate permanet aurum verum, quã aurum sophisticatum. Si autem per Alchimiam fieret aurum varũ, non esset illicitum ipsum pro auro vendere, quia nihil prohibet artam vti aliquibus naturalibus rebus causis ad producendos veros, & na-

& naturales effectus, ficut dicit August. 3. de trini. de his, quæ fiunt arte dæmonum &c. Ambro. de offic. regula iustitiæ manifesta est, quòd a vero non declinare virú deceat bonú, nec damno iniusto afficere quẽquam, nec aliquid dolo annectere rei suæ. Ad illud quod principaliter quæritur, vtrum teneatur dicere defect⁹ &c. Respond. ꝙ dare alicui occasioné periculi, semper est illicitú, quanuis non sit necessarium, quòd alter alteri semper det auxiliú, vel cõsiliũ pcinés ad aius qualemcunque prouocationé. Sed hoc solú in aliquo casu determinatè, puta cũ elius eius curæ subdatur, vel cũ nõ põt ei per alium subueniri. Venditor autem, qui rẽ vendendã proponit, ex hoc ipso dat emptori damni, vel periculi occasioné, ꝙ rẽ vitiosam ei offert, si ex eius vitio damnum, vel periculum incurrere possit. Damnum quidem, si propter huiusmodi vitium res, quæ vendenda proponitur, minoris sit precij, ipse verò propter huiusmodi vitiú nihil de precio subtrahat, periculum, si ꝓpter huiusmodi vitium vsus rei reddatur impeditus, vel noxius, vt si vendatur æquus claudicans pro veloci, vel domus ruinosa pro firma, vel cibus corruptus, vel venenosus pro bono, vnde, si hmõi vitia sunt occulta, & ipse non detegat, erit dolosa & illicita vẽditio, & tenetur venditor ad damni recompensationẽ. Vnde Ambro. de officijs ait, In contractibus vitia eorum, quæ væneunt, prodi iubentur. aut nisi intimauerit venditor, quamuis in ius emptoris transierint, doli actione vacuentur. Si verò vitium rei sit manifestũ vt quia æquus sit monoculus, vel cum vsus rei, & si non competat venditori, potest tamẽ esse cõueniens alijs, & si ipse propter hmõi vitium subtrahat, quantũ debet, de precio. nõ tenetur ad manifestandũ vitiũ rei, quia fortè ꝓp hmõi vitiũ emptor vellet plus subtrahi de precio, quã esset sobtrahendũ, vnde põt licitè venditor sibi consulere vitium rei retinendo, &c.

ne, & huiusmodi, licèt teneat venditio, tñ tenetur restituere, nec consuetudo excusat eum.

9 Vtrum liceat [a] vẽdere rẽ, ẽm quod vendens eam sibi ęstimat vtilem, quãuis emens non liberè emat? R℞. ꝙ sic, [b] si ex tali venditione tale damnũ incurrat, quantum plus vendidit, vel qñ talem affectionem ad rem, habet ꝙ potius vellet eam sibi dimitti, quàm tali precio emi, nisi sit in tali abundantia, ꝙ gratis teneaẽ proximo subuenire, concord. Thom. 2. 2. quæstio. 77. sed non liceret vendere tãtùm plus, quantùm erit vtilis ementi, quia sic herba medicinalis valeret. c. ducatis secundùm Scot. vbi supra,

a In hunc quæstionem & sequentem catec. in præce. non fur. fac. c. 2. & 3. P. V.

b Resp. ꝙ sic] De emptione dupliciter loqui possumus, vno mõ secundũ se, & secũdũ hoc emptio, & vẽditio videntur esse introductæ pro communi vtilitate, vtriusq;. dũ s. vnus indiget re alterius, & è conuerso, sicut patet p Philoso. 1. Poli. Quod autem pro cõi vtilitate introductũ est, non dẽt magis redundare in grauamen vnius, q̃ alterius. Et ideo dẽt secũdũ æqualitatẽ rei inter eos contractus constitui. Quantitas aũt rerum, quæ in vsum hominis veniunt, mensurañ secundũ preciũ datum, ad quod est inuentum mensura, vt dicitur. 5. Ethico. & ideo si vel preciũ excedat quãtitatem valoris rei, vel è conuerso si res excedat precium tollitur iustitiæ æqualitas. & ideo carius vendere, aut vilius emere rẽ q̃ valeat, ẽ ẽm se illicitũ, & iniustũ, si dicat, ꝙ cari⁹ vendere & vilius emere est naturale vnicuique, exẽplum de mimo dicẽte hoc desideriũ eẽ cuique refert Aug. 13. de tri. rñ. ẽm Th. vbi s̃. ꝙ hoc ẽ desideriũ vitij, nõ naturę ideo ẽ pctm. alio modo possum⁹ loq̃ de emp. & vẽd. secũdũ, ꝙ p accidẽs cecidit in vtilitatẽ vni⁹, & detrimẽtũ alteri⁹ &c. & tũc dicatur, vt in text. hic hęc Tho. 2. 2. q. 77. & concordat Scõ. in 4. di. 15.

& vide infra, vsura. §. 61.

10 Vtrum liceat carius vẽdere rẽ, quæ immutata venditur in eodem loco, quã sit empta, vide infra, negotium. §. 3.

11 Ad quem pertinet periculũ rei venditæ, si aliud in pacto specialiter non est deductũ? R℞. vt colligo ex Az. & Gosfre. ꝙ aut venditio est conditionalis, & tunc ante euentum conditionis periculũ perẽptionis [c] pertinet ad venditorẽ, sed deteriorationis ad emptorem. vt in l. necessariò sciendum. §. ꝙ si pendẽte, ff. de peric. & cõmo. rei ven. similiter si vẽditio fit in scriptis, ꝙ donec scriptura [d] ꝑficiatur, periculũ ẽst vẽditoris. l. contract⁹, C. de fi. instr. limito hoc ve-

c Peremptionis] puta quia æquus moritur. Deteriorationis, quia scilicet æquus senescit, vel efficit̃ claudus, fallit nisi per pactum vnius contrahentium periculum in se suscepisset, quia eius esset, vt l. si in venditione, conditionali, ff. de pericu. & commo. rei vendi. & ibi Bald. dicit, ꝙ pactum vestitur cohærentia conditionali, de qua vide per Bartol. in l. lecta, ff. si cert. peta.

d Donec scriptura.] Contractus emptionis potest duob⁹ modis fieri, sine scriptis scilicet, & in scriptis. Primo modo dicitur, quando simpliciter fit contractus. Secundo modo dicitur, quãdo hoc agunt a principio partes, vt contractus fiat in scriptis. Ita dixit gl. Inst. de contrahen. emp. §. 1. Ex hoc infertur, ad q. partes fuerunt concordes in contractu emptio. de re & precio. Dixerunt autem cras faciemus Instrumentum venditionis, nunquid videantur per hmõi, verba contractum voluisse in scriptis celebrare? vtilitas maxima ẽ quia si fit in scriptis, possunt recedere a cõtractu, ex quo non est perfectus, quia locus est pœnitentiæ, vt Insti. eo. §. 1. Si verò non, tunc non est loc⁹ pœnitentiæ. Dicẽdum est, ꝙ per illa verba non videntur voluisse celebrare contractum in scriptis, quia natura cõtractus emptio. & venditio. est, vt solo consensu perficiatur. l. 1. & 2. ff. eodem nec ad sui esse, & substantiam requirit scripturam, vt not. in l. pactum, quod bona fide, C. de pact. & in l. contrahitur, ff. de pignor. & Instituta. de emptio. & venditio. in

princ. ergò illa verba, Cras,&c. Non referuntur ad perficiendum contractum,quādoquidem iam sit perfectum,nisi aliter partes intenderent. Iaco.Butr.in l. fi.C.si cer.peta.dicit,si vendo & emo,& postea voco tabellionem,di.facias scripturam,quòd tūc illa scriptura sit ad probationem contractus, qui ex hoc non dicitur fieri in scriptis, nisi hoc partes agāt, facit,quod dixit Salic.in d.l. contractus, quòd si simpliciter a principio contrahant & postea faciant fieri scripturam, contractus non dicitur celebrat⁹ in scriptis,sed ad rei memoriam. Et in aut.Sed nouo iure.C.si cer. petat.dicit,quod si contractus est talis naturæ, ꝙ in scriptis non est necessario celebrandus, credendum est sine scriptis partes cōtrahere voluisse, licèt scriptura sit inde confecta. Hanc eādem sententiam tenet An-gelus,& Baldus ibi in d.l.contractus, qui dicit quòd non intelligitur contractus in scriptis celebratus, nisi partes hoc agāt. Et Bald. allegat gloss.ibi, & in l. testium,C.de testi.& in d l.final. C.si cert. peta. Et videas ad hoc text. in authent. de fi.instru.§ ad hæc dicimus.

a L. in ratione. 2.§.verum est autem.in princip] Vbi ex his, quæ numero, pondere, & mensura constant, nihil extrahitur etiam incidente damno, & hoc quia in genere consistunt ea, quæ pondere,numero, & mensura functione potiuntur. Et sic est periculum hæredis.

b Quando genus] Casus non liberat debitorem generis generalissimi, sed debitorem speciei sic. Item liberat debitorem generis subalterni illo genere perempto, & ita not. in dicto §.verum, cum sequen.

c Donec sit mensuratum] Quia tunc idem est, ac si in genere venditum esset, & non solùm periculum peremptionis est emptoris, sed etiam deteriorationis. Et vide d. gloss. in d. l. fundus, quæ latius prosequitur.

d Similiter si exigit] Hoc est quia tunc est emptio perfecta, vt eadem gloss. in dicta l. necessario.

e Posterioris moræ] Exemplum ponitur, vendidisti mihi fundū ea lege,vt in Kalendis Iunij tibi pecuniam darē, pone quòd in dictis Kalendis per te stetit,quò minus possem tibi pecuniā dare,deinde per me stetit,dicitur ibi, ꝙ ista vltima mora nocet, nisi dolo aduersarij iterū factum esset, nè possem pecuniā exoluere.

f Siue numero secūdū logicos] Quod. n. dicunt legistæ eandem rē specie esse, logici dicunt esse eandem numero quia scilicet non

rum,quando conuenerūt, vt non valeat ante, quàm scriptura sit facta, secus, si simpliciter sit fact⁹ contractus,postea faciunt scripturam.Idem dic,quando venditio fit in genere, puta asini,quia genus nō potest perire.l.in ratione.2.a §.verū est autē,in prin.ff.ad l. Fal. sed secus esset,quando genus b esset determinatum, puta ad asinos,quos habeo verbi gratia, vēdo tibi vnū de seruis meis,vel asinis & huiusmodi,si oēs pereunt, venditor est liberatus,sicut in legato.d.l. in ratione. §. incertæ.Ho.tamen videtur tenere, ꝙ emptor poterit repetere precium, quasi sine causa sit apud vēditorem, secus in legato,quia preciū rei legatę non est legatum, & ideò si perijt res legata, aliud non debetur,sed mihi videtur,ꝙ nec ēt preciū poterit emptor repetere in casu isto, nec excipere vt non soluat,nisi vēditor fuisset in mora, quia precium non est nisi cum causa scilicet emptionis,& idē dico, sicut qñ aliquid alternatiuē emitur,puta Titi⁹,aut Sei⁹, si Titius perijt,peribit vēditori, & Seius erit in obligatione solū.si verò ambo.sic venditor liber erit,& peribit Seius emptori, qui sol⁹ remanserat.facit l. si in emptione.§ pen.ff. de contrahen. empt. aut venditio fit purè i.sine conditione,& sine scriptis, & de re certa, siue in specie,& tūc secundū gl.i l.1.§ 1.i ver, & vsq. ff. de peri.& com. rei vēn. dic,ꝙ in vino, & cęteris, q degustationē requirunt, et ante degustationem periculum est emptoris. Si verò venditur non in specie,sed ad mensuram, periculum est venditoris, donec sit mensuratū, c & ibi multas diuersitates poteris videre; sed istud sufficit tibi cōfessori.Similiter si non exigit d degustationē,periculū est emptoris,excepto casu publicationis,quia si publicetur ante traditionem, vel post propter maleficiū venditoris, periculum erit ipsius venditoris.l.si fund⁹ ff.loca.& ibi glos. similiter per pactum,moram,dolū, vel culpam periculum est venditoris puta quia pactū fuit, vt teneretur. Item si fuit in mora tradendi rem si verò tam emptor, quàm venditor fuerunt in mora posterior mora præponderat primæ, & illi nocebit, quò ad periculū.Limita,nisi posterioris moræ e prim⁹ morosus fuerit cā, quia sic non nocebit posteriori,casus est iuncta gl. in l. si per emptorē, in fine, de actione empti & venditi, quod nota.Idem dic, si venditor fuit in dolo,vel culpa lata, seu leui perditionis rei vēditę,qđ periculū erit suū,sicut in cōmodato,& deposito.& idē dic de deterioratione,seu melioratione rei venditæ, qđ pertinet ad emptorem, quando res est vendita in specie sm legistas,siue numero secundùm logicos, f quod

multiplicatur, & legistæ intelligunt rem specificã, siue particularem.

a Si quis elienam] Dicit, si quis alienam rem vendiderit, & medio tempore hæres domino extiterit, cogetur implere, quod promisit. dicit gl implere, idest rem tradere.

quod idem est: secus in fructibus rei venditæ, qui ptinent ad vẽditorẽ, donec pfecta sit venditio, nisi vẽditor sit ĩ culpa. l. curabit, C. de actio. empti. nec obstat l. fructus post, & l. pe. C. de actio. empti, & vẽditi, quia loquuntur in perfecta venditione, quam voco perfectam quò ad hoc; qñ precium est solutũ, vel habita fides de precio, vt no. glo. in l. 1. C. de peric. & com. rei vendi. licèt aliàs sit perfecta, qñ res est tradita. ff. de actio. emp. & ven. l. si qs alienam [a] rem [b]

11 Verũ emptum de aliena pecunia sit ementis? R. q sic, si noĩe suo emit, l. si ex ea, [b] C. de rei ven. fallit ĩ empto [c] ex pecunia ecclesiæ. 12. q. 3. c. 1. & 2. q. 5. fixum. Quod adeo est verũ, quia si clericus habens pecuniam de præbenda emerit prædium, amplius non poterit illum dare intuitu pietatis, licèt pecuniã potuisset dare, quia statim pdiũ fit ecclesię, siue emerit nomine ecclesiæ, siue suo,

b L. si ex ea] Casus est ibi, q si is, apud quem deposita est pecunia, ex eadẽ sibi possessiones comparauit, & sibi traditæ sunt, tenetur ibi, q dñs pecunię vendicare possessiones non potest. Sicut ergo non possum petere emptum ex mea pecunia nomine non meo, sed pecuniã sic, Ita si quis vẽdit possessionẽ meã nomine suo, precium ab eo petere non possum, sed possum agere rei vendicatione contra possessorẽ, si venditioni non cõsentio, Si autem consentio, habeo actionem negociorũ gestorum contra vendentẽ ad precium. Casus ẽ in l. mater, C. de rei vendi. Imo plus dico, q si ex pecunia dotali emeretur res siue fundus, ille fundus nõ efficeretur dotalia. l. si ex pecunia, C. de iu. do. gl. 1 l. si pcuratoris. §. si duos, in ver. planè, ff. de tribu. vide infra testi tutio primo. §. 8.

23 Quis dicitur receptator? ℞. Arc. vbi ſ. ꝙ ille, q̄ ſcienter [d] recepit hæreticos, & ſi non frequenter, quia licèt ſecūdùm grammaticum ſit verbū frequentatiuum, tamen in iure ꝑ ſimplici verbo ponit, vt probatur ff. de recepta. l. fi. in iure ciuili receptator dici-

a Arch. tamen] Nō videtur mihi ꝙ hoc dicat apertè, tamē poteſt elici.

b Hoc ē miti⁹] Sed debent in ꝑpetuo carcerē detrudi, vt in d. c. excōicamus, 2. quamuis hodie poſſit commutari, vt in c. vt cōmiſſi, e. ti. lib. 6. vt hic. § ſeq.

c Credentes tamē] Quid de eis qui audiunt eorū prædicationes? Reſp. Arch. vbi ſupra, ꝙ ſi ſemel tm̄ audierint, nec poſtea redirē voluerint non ſunt credētes, quia non videtur approbaſſe, quod poſtmodum vitauerit, arg. c. conſtat. 1. q. 1. & c. ex ſtudijs, de præſumptio. & ſubdit, ꝙ licèt de facili non debeāt credentes reputari, fatetur ſuſpitione tamē eos nō carere. Vnde eis poſſet purgatio indici.

d Qui ſcienter] Iſte eadem pœna punitur, qua & hæretici. vide de his Hoſt. eo. ti. §. qua pœna.

a Nisi omittant dolosè] Argu.c. quãtæ,de sen.ex. cum ibi notatis. b Excusant] Puta quãdo dicerẽt isti homines non sunt, vt dicũtur. c Hæresiarchę] Et sic peiores sũt ipsis hæreticis. c.qui aliorũ. 24. q. 3. & 11. q. 3. c. qui consentit. Vñ & deberent plus puniri, sicut aliquãdo magis punitur consulens, q̃ faciens, quod consultum est. l. vtrum, ff. de paricid. Exemplũ in medico, q dedit filio venenum, vt venenaret patrẽ. l. frater, ff. de parricid. & quod ibi no. gl. Et Archid. vbi s. refert aliquos dicere, illos prælatos fore hæreticorum defensores, qui eos punire negligunt. d Si tamen tempus] De ista materia plene Host. in summa tit. de hære. per totum. Sed dẽ pœnis &c. in §. qua pœna, & in §. quæ pœna.

dicitur, qui latẽter recipit, & celat, vt conseruatus manus iudicis euadat, vt in l. 1. ff. d̃ recepta. & l. cõgruit, ff. de officio pręsidis, & l. vlti. C. de his, quæ la. occul. & sic accipitur etiam de iure canonico, nisi solùm in casu isto hęreticorum, rõ, quia spãliter oĩs receptio ꝓhibetur, vt in c. sicut ait, eo.
24 Qui dñr fautores? Res. Arc. vbi s̃. ꝙ si sunt psonę, quæ publica potestate fungãtur, ex sola omisione dicuntur fautores, puta si ab ecclesia condemnatos non fugant, vel non puniunt, sicut debent, & præcipitur in c. ad abolendam, e. & in ca. excommunicamus, el 1. e. hoc probatur. 23 q. 3. qui potest. 2. q. 5. q vicijs, & q. 8. præterea, & 16. q. 4. §. qui autem. Item dicit idem Archi. ꝙ si prælati non faciũt, carceres ad custodiam hæreticorum, vel simil:a, quæ ad eorum officiũ pertinẽt, ex auaritia, non dicunt fautores, quia id in fauorẽ hæreticorum non faciunt. Secus, si propter eos non faciunt. Si sunt priuatæ personę, licèt non capiant hæreticos, ex omisfiõne sola non dicuntur fautores, sed si celãt eos post, quã iurauerunt indicare, possunt dici fautores, cum peccẽt mortaliter ĩ hoc celando veritatem. 11. q. 3. quisquis. Idẽ dic de priuatis astrictis per iuramentum ad indicandum, & celant in casu, in quo tenẽtur indicare, quod quando fit, vide infra, Inquisitio. §. 11. secus in alijs priuatis, non astrictis, quia nisi omittant dolosè, a non dicuntur fautores, ex commissione verò omnes dicuntur fautores, quia vel verbis excusãt b eos, vel laudant, & huiusmodi, vnde si prędicta verba pronocant simplices ad amorẽ hæreticorum, & deuotionem, quam habẽt ad ecclesiam, habeant minuere, & talia non dicantur ex lubrico linguæ, q̃a lubricũ linguæ ad pœnam nõ debet trahi. ff. ad l. Iuliã maie. l. famosi, tunc fautores dicuntur. 11. q. 3. non solùm. 2. q. 1. c. si. Multò magis fautores sunt qui facto eis fauent, puta alimoniã ministrando, ipsos liberando, vel per quæ liberari pñt, dando, & similis, ad hæc. 23. q. 3. est iniusta. ff. d̃ furtis l. si pignore. Et idem dicit in eo, qui precibus eos liberat, ar. 13. q. 6. eo. titu.
25 Qui dicãtur defensores? ℞. qui supra. Arc. ꝙ quicunque defendentes error hæreticorum, & tales dicuntur hæresiarchæ. c Item dicuntur defensores illi, qui personas ipsorum defendunt resistendo viribus, vel potentia, nè ad manus iudicis veniant puniendi, vel examinandi, & de hoc. 21. quæst. 5. si custos, vel nè fiat executio, vt in capit. in ex literis, de officio delegat. not. tamen, ꝙ defendens hæreticum, nè lædatur a priuato, vel qui in iudicio eidem patrocinat, credens eum habere iustam causam, nõ dr̃ defensor, vel fautor, etiam si postea appareat, quòd non erat iusta causa, quia hæc est iusta defensio, quę talibus reseruatur. Sec°, si contra conscienciam ei patrocinatur, q̃a defensor est, ita not. Card. in Clementin. 1. de pœnis.
26 Quomodo hæretici, fautores, credẽtes, defensores, receptatores eorum, & etiã infamati de hæresi recipiantur ad pœnitentiã? ℞. ꝙ ad arbitrium episcopi prius debẽt abiurare errorẽ, & promittere per scripturã, ꝙ tenebunt firmiter fidem catholicã, & hoc publicè, vel priuatè, sicut crimen ẽ publicum, vel priuatũ. 1. q. 7. quoties, de ꝯsec. di. 2. ergo Berengarius, & d. c. ad abolendã. postea debent absolui secundũ ecclesiæ formam, de qua habetur. 11. q. 3. cum alijs, de sen. exc. cũ desideres, & postea imponi, q̃d talibus solet iniungi, vt in dictis. c. quoties, & ego, si tamẽ tempus d non adest, & signa pœnitentiæ in extremo demonstret, pñt ab solui sine solennitate præfata secundùm Host. & Innoc. in c. a nobis, el 2. de sententia excommunicationis.

HERMAPHRODITVS dicitur, ille qui habet vtrunque sexum, scilicet virilem, & fœmineum.
1 Vtrum possit esse testis in testamẽto? ℞. glo. 4. q. 3. item idonei, ver. hermaphrodita, quòd non, sicut nec mulier, Institu. de testa. §. testes.

S. testes, in iudicio tamen sic eo modo, quo mulier. Et hoc intelligo, quando magis habet de fœmina, quàm de viro. Secus esset, si sexus virilis magis incalesceret. si verò est parilitas, glossa prædicta non determinat, sed dicerem non admitti, nisi quatenus mulier admittitur.

2 Vtrum possit ordinari? ℞. quod non, quia est monstruosus, ar. 56. di. illiteratos, & 49. distinct. c. vltimo. Si tamen ordinatur, & sexus virilis magis incalescit, recipit characterem, aliàs non etiam si æqualiter incalesceret secundùm Rodo.

3 Vtrum possit contrahere, & an debeat contrahere cum viro, vel cum muliere? ℞. glossa prædicta, quod sexus magis incalescens debeat attendi, & sic determinari.

HIRONIA est mendacium in verbis, vel factis dictum, vt quis minus æstimet, quam se ipsum æstimet, vt puta cum aliqs asserit de se aliquod vile, quod in se non recognoscit, aut negat aliquod magnum, quod tamen æstimat in se esse, & est aliquãdo peccatum veniale, quando id, quod dicit, vel ostendit in se esse, vel non esse, non est scandalum nec propriæ famæ, vel alterius. Aliquando est mortale, quando esset in scandalum proprium, vel aliorum, vel quãdo hoc fieret ex inordinata ambitione, vt præficeretur alicui prælaturæ spirituali, puta quia vadit malè vestitus & despectus propter hoc solùm, vt præficiatur, & deliberatè, & intellige, si est indignus, vel si propter honorem solùm, & huiusmodi, secundùm quod dixi ambitionem esse mortale, de quo vide supra, Ambitio, & de tali dicit ecclesia. est q nequiter se humiliat, interiora autem eius plena sunt dolo, aliàs esset veniale peccatũ talis ambitio cum tali hironia, & sic intellige & dictum Augustini in ca. cum humilitatis. 22. qõ. 2. minora tamen de se dicere salua veritate, & maiora abscondere ꝓpter humilitatem, non est hironia, nec peccatũ secundùm genus suum, secundùm S. Th. 2. 2. quæstione. 113.

HISTRIO quis dicatur? ℞. quod ille, qui de persona sua ludum facit.

1 Vtrum sit peccatum? ℞. S. Tho. 2. 2. quæ. 148. quod non, si fiat moderatè, & loco, & tempore personis congruis, & gestibus vel verbis honestis, vt pro sublenatione animi alicuius, vnde, & licitè tales recipiunt aliqd pro mercede, & sic nõ intelligitur de istis, cap. donare, & c. qui veneratoribus. 86. di. nec capitulo. pro dilectione, de conse. dist. secunda, aliàs autem ludum facere de persona cum gestibus inhonestis, aut turpibus, seu in loco, aut tẽpore prohibito, est mortale peccatum, vt patet d. cap. pro dilectione, in quo denegatur ei corpus Christi, & talibus donare est peccatũ mortale, si fiat pro eorum ludo exercendo, sec⁹ si fiat propter necessitatem ad naturam sustentandam, vel nè ab eis infamarentur secundùm Rodo.

1 Verũ tales histriones prohibiti possint ordinari? ℞. sm gl. in d. c. donare, quod non, vt in c. maritum. 33. dis. quid infames sunt. 4. q. 1. c. 1. ff. de his, qui no. infa. l. 2. §. vlt. limitat tamen Pa. in c. cum decorem, de vit. & hon. cle. verum, quando bis exercuit artẽ illam in publico, facit l. palam, ff. de ri. nu. 25. q. 2. ita nos. Inno. verò in d. c. cum decorem. vult, vt sit infamis, quod habeat hoc officium in curia, vel quod assuescat se in illo actu, aliàs non sit infamis, & est opinio magis pia, & mihi placet.

HOMAGIVM est, quandò quis facit ꝓmissionem alteri genibus flexis, & manibus intra manus illius positis, ita quod efficitur homo illius, nullius alterius fidelitate salua, & talis appellatur homo ligius, & sit solùm imperatori, vel regi, & homini, qui non habent super se superiorem, & talis homo ligius differt a vasallitico, in quo reseruatur saltem imperatoris fidelitas, vel autoritas, nec potest quis esse homo ligius duorum, sed benè põt esse homo ligius vnius & vasall⁹ alterius, vel pluriũ, de quo homagio no. in glo. Cle. pastoralis in. §. rursus. ver. homoque ligius, de re. iu.

1 Vtrum sit simonia pro re spirituali, puta beneficio ecclesiastico, homagiũ exigere? ℞. quod sic, vt est tex. in c. ex diligenti, de sim. & in c. fi. de re. iur. rõ, qa homagiũ est, seu cõtinet tpale commodũ illius, cui pstatur, qa efficitur eius subditus, & obligaẽ sibi ad certa seruitia; fidelitatis ãt iuramẽtum benè pt exigi sine simonia, qa tãtũ obligat, vt sibi sit fidelis, & præstatur potius dignitati, quàm personæ, & hoc verum, qñ est in tali dignitate, cui debetur fidelitas talis,

alias

aliàs esset simonia secundùm vnam lecturam, in d. c. ex diligenti.

HOMICIDIVM. I. dicit voluntarium, qd' animo, & intentione occidendi hominem perpetratur cum effectu, vnde dicitur homicidium, hominis ab homine facta occisio, & illud cõmittitur facto, pcepto, consilio, defensione, & permissione, nec nõ cooperatione, animatione, & auxiliatione. Pro quorum declaratione multa dubia sub inferuntur.

1 Vtrum homicidiũ [a] volũtarium ab homine factũ, vt est homo, sit peccatum mortale? R. ꝙ sic semper, quia contra præceptũ, Nõ occides, Exo. 20. imò terribile peccatum, vt patet. l. di. c. si quis voluntate, vbi vult text. ꝙ imponatur ei pœnitentia, vt semper, s. horis statutis iaceat ad ianuã ecclesiæ, & communionem in exitu vitæ suæ non recipiat, dicit gl. si non fecerit pdictam pœnitentiam, & notanter dixi esse mortale peccatum homicidium voluntarium ab homine, vt homo est. Non autem ab homine, vt a lege, siue vt est legis minister, quia non est peccatum, dũmodo non desit iustus ordo, iusta causa, iustus anim'. deest iusta causa, quando aliquis sine demerito occidit, iustus animus, cum ex liuore vindictæ occidit, iustus ordo, cum occidit ille, cui lex non cõmittit, vel cũ occidit nõ eo ordine, quo lex statuit, de quo. 22. q. 5. in c. reos; & per totam. q. ibi glo. in sum.

2 Vtrũ liceat alicui [b] occidere seipsum, aut mutilare? R. ꝙ non sine mortali [c] peccato, qa nemo mẽbrorũ suorũ est dñs. 23. q. 5. si nõ licẽt, & in l. liber hõ, la 1. ad l. Aq. ppterea dicit Aug. in d. c. si nõ licet, His ergo exceptis, quos vel lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiæ de' spãliter iubet occidi, qsquis hominẽ vel seipsum, vel quẽlibet occiderit, homicidij crimine tenetur, hæc ille. Fallit hoc in mutilatione, quæ fit causa medicaminis, q̃ licet. Et de hoc. 55. di. cap. si quis, el 2. & 3.

a Homicidiũ qđ Acceeur, catec. in præcep. non occides. c. 1. est nefarium peccatũ, ibi. a quib. committens dicatur, ibid. P. V.

b Catec. in idem præcep. c. 1. P. V.

c Non sine mortali] Quia est cõtra legẽ naturalẽ quia vnaquęque res appetit conseruationem sui esse. Itẽ quia contra charitatem, Matthę. 22. diligens proximum tuum &c. Itẽ qa contra bonũ cõmunitatis, nam quilibet est pars communitatis, quartò quia in deum peccat, si interficiens seruum alienũ, peccat in dominũ.

d Qđ no. Bart.] Idem per docto. in l. si vt allegas, C. de le sica.

3 Vtrum liceat alicui occidere seipsum, nè aliquis cogat eum ad peccatũ? R. ꝙ nõ, vt in d. ca. si non licet, & 23. q. 4 displicet. Vnde Hieron. in c. non est nostrum. 23. q. 5. dicit, vnde & in persecutionibus non licet mihi propria manu perire absque eo, vbi castitas periclitatur, hęc ille. Et licèt aliqui ex hoc dicto dixerint, quod vbi castitas impugnatur, licèt se occidere, hoc est falsum, vt patet in pręallegatis ca. Et ideo hęc dictio, Absque, ponitur inclusiuè, sicut ibi, Pulchræ sunt genę tuæ, absque eo qđ intrinsecus latet. Sic & dictio, vsque etiam inclusiuè ponitur. ff. de pigno. act. l. 1. 13. q. 2. Ebron. Et quod legitur de Sãsone, qui se interfecit, & idem de aliquo alio, dicendũ ꝙ hoc fuit ex speciali reuelatione Dei, vt dicitur in d. c. si non licet.

4 Quid si iudex occidat malefactorẽ ordine iustitiæ non seruato? Respond. ꝙ peccat mortaliter, sicut & quando ex animo vindictę, vel ex cupiditate occidit, quia iniustè quòd iustum est, exequeris dicit text. in Deut. & no. in d. c. reos (quod credo verũ) nisi ex aliqua vigenti causa hoc faceret, & notoriè constaret occisum dignum morte. Et pro hoc facit. capitulũ. de occidentis, & capitu. officia, sed melius cap. non frustra. 23. quæstio. 5.

5 Vtrum liceat occidere furem? Respon. gloss. in cap. cum homo. 23. quæstio. quinta, quòd latronem insidiantem in itineribus, & nocturnum depopulatorem agrorum licet cuilibet occidere. C. quando liceat vni. sine iudi. l. prima, & secunda. latronem, seu furem nocturnum similiter licet, diurnum verò non, nisi armis se defendat, vt in capitulo si perfodiens, de homici. Limitat tamen Paul. in capitulo. 2. primo, & secundo not. de homici. & præ dicta gloss. verum, quando aliter non potest comprehendi. Facit. l. furem, ff. de sica. & capitulo. 2. de homicid. Limitant etiam secundò dicentes, quòd quando fur nocturnus, vel diurnus cognoscitur, & res possunt rehaberi per iudicem, quòd non licet occidere, & facit quod not. Bartolus. [d] in dicta l. furem, aliter sic,

sic, a & non solũ per eum, cui furatur, sed etiam potest occidi per quemlibet irregularis tamen erit tam iste occidens, quàm etiam iudex, de quo in præcedenti dubio dictum, est etiam si seruaret, ordinẽ iustitiæ.

9 Vtrum vxor a viro, filia a patre committendo adulterium simul cum adultero possit occidi? Respond. quòd pater in ipso actu in domo propria, vel ĩ domo generi potest interficere vtrumque. ff. de adulterijs. l. nec in ea. §. ius, & l. sequenti. Marito etiam ignoscitur, si occidat adulterũ quò ad mitigationem pœnæ. C. de adulterijs l. Gracchus, si modo eum adulterum deprehẽdat in domo sua cum adultera, vt l. marito, ff. de adult. aliàs nõ de iure antiquo, sed de iure nouo potest post tres denũciationes factas vbique occidere, vt in autẽ. vt liceat matri, & auię. §. his quoque. Dicit tamen glo. in c. inter hæc. 33. q. 1. ꝙ licèt tales, & similes excusentur a pęna ciuili, non tamẽ excusantur à culpa, seu a peccato homicidij, vnde in capitulo quicunque percutit. 23. quæstion. vltima, dicitur, qui sine aliqua publica administratione maleficum, furem, sacrilegum, adulterum, periurum, vel quẽlibet criminosum interfecit, trucidauerit, aut membris debilitauerit, velut homicida iudicabitur, & tantò grauius, quantò non sibi a deo concessam potestatem vsurpare non timuit. Aduerte tñ ꝙ aliud est, quando lex aliquid permittit non puniendo, vt in occidendo adulterũ, & sic non licet sine mortali peccato, aliud est, quando lex concedit, sicut quando dicit dat aliquem, vt in capitulo, pro humani, de homicidio l. 6. & similibus, quia tunc si aliquis talem occidit non animo vindictæ, sed zelo iustitiæ, sic non peccat secundùm Io. Andr. in addi. ad Spec. quia facit vt minister legis, quod licet. 23. quæstion. 5. non est crudelis, & sic concordia istud, quod hic dicitur cum eo, quod dicitur in dubio præcedenti, ille autem, qui aliquem occidit defendendo se, vel proximum, nõ proprìe dicitur homicida, de quo dic, vt infra, homicidium. 4.

a Aliter sic] dicit Bal. in d. l. si vt allegas, si cognoscerem furem, tñ verisimile coniectare possem eũ recessurum, & sic nõ potero habere res meas, tũc licitè possum occidere, & ponit exemplũ de debitore fugitiuo, de hoc dic, vt infra homicidiũ. 3. §. 1.

b Et nõ erat formatus] Si dubiũ erat, an esset formatus, vel an ex tal pcussione interierit abstineat a pmotione, vel a ministerio, si pbabiliter hoc crediz, nę periculo se exponat. Temerariè autẽ credens, aut deponat scrupulum, aut abstineat.

c Resp. ꝙ sic] Vide Cep. cons. 11. Et Alexan. cons. 115. 2. lib.

7 Vtrum sit homicida, qui percutit mulierem prægnantem? Respond. quòd si partus erat iam formatus, & ex percussione interijt, homicida est, secus, si non erat formatus b hæc probantur. ff. de poe. l. si quis aliquid. § qui abortionis.

8 Vtrum lætaliter aliquem percutiens, quia percussus postea ab alijs occisus est, sit homicida? Respond. ꝙ sic, c vt est text. in capitul. significasti. el 2. eod. titul. similiter si non appareat, an lætaliter percusserit, vel nè, tamen homicida est. Item homicida est, si animum occidendi habuit, & percussit, quanuis non lætaliter, si postea ab alijs percussus interijt, vt in dicto capi. significasti.

9 Mandato, seu pręcepto commissum homicidium imputatur non solùm mandatario, sed etiam mandanti, quia, vt dicitur in capitul. mulieres, de sent. exc. Is verè committit, cuius mandato delictum committi probat, & ideo sic peccat mortaliter, nec excusatur, sicut si ipse faceret, & perinde determinandum est de mandatarijs quò ad irregularitatem, sicut de mandante per cuti clericum quò ad excommunicationẽ, vt supra, excommunicatio. 5. casu. 1. §. 31. & tribus seq.

10 Vtrum prælatus habẽs iurisditionem temporalem, qui iniungit suo officiali; ꝙ super tali maleficio inquirat, & iustitiam exequatur, sit irregularis, & homicida, si officialis mãdatum exequens aliquem occidi faciat? Respond. ꝙ non, quia dicit tex. in capitulo, episcopus, nè cle. vel mo. libr. 6. quod licèt clericis non liceat causas sanguinis agitare, eas tamen cum iurisditionem habet temporalem, debent & possunt, metu irregularitatis cessante, alijs delegare, hęc ibi.

11 Cõsilio etiam efficitur quis homicida, quando ex consilio sequitur homicidium, nec solùm quando consilium est directè de mortale alicuius, sed etiam quando consu

litur

bere, quod absque ordine iudiciario poterit episcopus declarare creditores, & quantitates, a quo non poterit appellari, neque de enormitate dici. Et talis declarata cōfessio poterit exequi cōtra hæredem, licèt nihil ad eum peruenerit, quia nō ex delicto agitur, sed ex confessione. Et sic limitat. c fina. de sepult. Sequitur hoc d. Ant. in ca. eum spec. ali. §. 1. de appel. fa. it quod no. Bal. in l. furti, C. de fur. dicit tamē, φ de iur canonico hę res tenetur tā in foro contentioso, quàm pœnitentiali, iuxta vires hæreditarias pro delicto defuncti, licèt nihil ad eum peruenerit. Adde Ab. con. 1 1 1. secūdo li. Et vide Fede. con. 2 2 1. Et Bal. con 66. An contra vsurariū possit procedi p inquisitione &c. a Sed in foro animæ] Nec obstat, si dicatur, φ videtur testator noluisse testamētum valere, ex quo non adhibuit solennitatē debitam, quia testator sciebat testamentum valere secundū ius fori naturalis. Item cum ad minus simus dubij de voluntate testatoris, debet seruari id, quod tutius est, scilicet vt legata soluātur, quia in solutione nullum

quia in lege, si pro furt. ff. de condict. furt. dicit text. Furti actio pœnam petit legitimam, condictio rem ipsam, & sequitur, Condictio rei furtiuę, quia rei habet persecutionē, hęredē quoque furis obligat, nec tantùm, si viuat seruus furtiuus, sed & si decesserit, scilicet viuo fure, vel mortuo. de iure aūt canonico tenet Bart. indistinctè teneri, quādo quis agit pro satisfactione damni contra hęredem & hoc sequuntur communiter doctores, & sic intelligendæ sunt glossę in capitulo ex prætentium, de pignori. de solut. capitulo primo, de rapto. in literis, de vsuris tua nos. Intellige, in quantum hæreditas se extēdit. Et placet in conscientia, licèt Panorm. in capit. fin. de sepu. solùm admittat verum, quando defunctū pœnituit, quia iura canonica loquuntur, φ tenetur quando defunctum pœnituit, vt no. gl. singularis in ca. a nobis, el. 2. de sen. exc. q2 tunc agitur ex quasi contractu, non ex delicto. Si vero nōn pœnituit; non tenetur s̄m eundem Pa. in vlt. no. & gl. dic. ca. a nobis, in versi. mortuos, Nisi quatenus de iure ciuili teneretur.

5 Vtrum hæres teneatur soluere legata a testamento minus solenni facta? R. φ in foro iudiciali non, dē quo dicendum, vt in l. si veritas, & l. fi. C. de fideicommiss. sed in foro animæ a pēdet hæc q. ex alia, s. vtrū ex voluntate defuncti oriatur obligatio naturalis, cōiter Vltramontani tenent φ nō Citramōtani φ sic. De quo vide per Canonistas in cā. fi. de sol. & per Bal. & legistas in l. cum quis, C. de iuris & facti ignorantia, & ibi dicit Albricus quòd opinio Citramontanorū est communis opinio, & sic tene eam, quia verior, ex qua opinione. d. Aut. motus dicit se cōsuluisse in testamēto, in quo tm̄ vnus testis fuerat adhibitus, tenebatur hęres in foro animæ. Pan. autē in c. quia plerique. de immu. ecclesiarū, vlt col. & q. distinguit, φ aut defunct' noluit solenniter relinquere, sed totū commisit fidei hæredis, & sic tenetur ciuiliter, & naturaliter, Et sic in vtroque foro, casus est notabilis s̄m vnam lecturam, quam sequitur Bart. in d. l. fi. b aut non commisit c fidei hęredis, sed simpliciter relicta fecit sine solennitate debita, & indistinctè tenetur hæres in foro animę si ei de hoc constet. Ratio, quia solennitates fuerūt inductæ ad falsitatem tollendam. vbi ergo cōstat, φ nulla falsitas interuenit, debet cessare ēt dispositio legis, & seruari ęquitas, & obligatio naturalis, quæ oritur ex dispositione defuncti. l. eū amplius. §. is natura debet, ff. de reg. iu. & pro hac opinione facit, φ no. Inno. de electio. in capitul. quòd sicut, & no. etiam in l. ex testamento, C. de fideicommis. Ego dico, d φ si erat legans doctus, & non erat necessitas, quæ excluderet solēnitatem debitam, & sic non valeat, quia videtur voluisse potius illudere, si verò erat ignorans, vel fortè non potuit solennitatem obseruare, sic valeat in conscientia, alio non costante de mente. vide de hoc infra, testamentum. §. 9. & 10. & legatum. 2. §. 8.

subest periculū, secus in non solutione.
b Bar. in d l fi.] Vbi hæres teneē soluere legatū, quando testator confessus est de eo. Et sequitur ibi. Sali.
c Aut non commisit] Adde Bar. in l. neo. o potest d leg. t vbi vult φ si legatarius inuenitur possidere rem sibi legatam in testamento minus solenni, iuuai exceptione, si petatur, ex quo de iure gētium valet illud testamentum, & sic orta ē obligatio naturalis, vide Ang. in regula, possessor, li 6.
d Ego dico] Adde. d. Ias. in d. l. cum quis, plenè hanc materiā disputātem, tandē concludit obligationē naturalē oriri ex testamento minus solenni, vnde talia legata debētur. Hæc tenet glos. magna in d. l. cū quis, & in f. 1. ff. de condit. inde. Bar. in d. l cū quis Imo. & Canonistæ in d. c. fin. de sol. quamquam Fulg. in repe. d. l. cum quis, tenuerit contrariū, & Ro. in d. l. c. ff. de cō. inde.

6 Vtrum hæres teneaẽ satisfacere ex ɔ̈ctu, vel quasi defuncti, ĩ quo ipse defunctus erat obligatus vltra vires hęreditarias? Rx. ꝙ si fecit inuentarium, nullo mō tenetur, si verò nō fecit inuentarium, in foro aiæ nō tenetur,[a] ẽm Io.An.& do. Ant.& Pan.in vlt col. & q. si.d.c.quia plerique. In foro verò contentioso sic, vt in l.fi.C.de iu.deli.Fede.tñ consilio. 21. dicit,ꝙ etiam teneatur in conscientia vltra vires, sed prima opinio videtur ęquior quò ad conscientiam.

7 Vtrum,hæreditate hausta per legata, possit hęres aliquid de ipsis legatis detrahere? Resp.ꝙ aliquando detrahitur Falcidia,aliquā do Trebellianica, aliquando legitima,de quo dic,vt infra Legitima,similiter ante omnia deducere potest expensas funeris,[b] & alias necessarias,quas fecit causa hęreditatis,vt in testamẽto,[c] & inuentario,& huiusmodi, quia sic debet esse immunis a grauamine, sicut est a lucro,in l. scim[9]. S.& si præfatam,cum quin que.S. sequentibus.C.de iure delibe.

8 Vtrum hæres scienter soluens legata, nec retinens sibi Falcidiam possit repetere,[d] vel si ignoranter,vide,solutio S.21.

9 Quid si plures sunt hæredes, an quilibet teneatur insolidum ad omnia debita, vel legata? Respon. quòd regulariter quilibet tenetur solùm pro parte hęreditaria. C.de actio. hęr. l. pro hæreditarijs. Fallit hoc in. 7. casibus. Primus, quando defunctus aliter disposuit.ff.de lega.2.cum ab vno. Secundus, si obligatio sit propter impensas funeris vxoris, quia non solùm obligātur hæredes, sed, & vir secundùm portionem, quam habent, puta si vir habet centum, & hæredes 200. tunc vir tenetur pro tertia, & hæredes solùm pro duabus.[e] Tertius, si bona defuncti erant expressè vel tacitè hipothecata debitoribus, qa vno existente nō soluẽdo, tamen alij obligātur. Quartus in alimentis legatis, quando sic per iudicem est

sed opi. gloss. & Bart. est magis communis, ideo in iudicando & consulendo non est ab ea recedendum.
a Non tenetur] Ratio,quia lex fundata est super p̃. sumptione, ꝙ hæres fraudauerit bona, ex quo non confecit Inuentarium, vnde ex quo constat in foro conscientię de ɔ̃rio, nō habet locum dispositio, vt no.de hoc Pa. in d.c.quia plerique,& in c.is q. fidem,de spons. & hoc habet locū, et si lex inducat præsumptionem iuris, & de iure, quòd non sit seruanda in foro animæ,ex quo cōstat de effectu rōæ præsumptæ Alia ratio est, qa lex illa est pœnalis, inquantum tenetur soluere vltra vires hæreditatis, sed in foro cōscientiæ qs non arctatur ad soluendum pœnam,gloss. est in c.fraternitas.12. q 2.quare &c. verū autem hoc sit indistinctè verū, s. an pœna legis arctet in consciẽtia, vide plenè p Pa.in c.1. de constit. & per Innoc. no.in ca sicut dignum,de homic. Adde, ꝙ non teneretur hæres etiam, quando creditores, & legatarij faterentur nō inesse plus in hęreditate,nisi quantum dicit hæres, Bal.singu.in l.filium, quem habentem, antepenult colum. C.fa.ercis.sequitur Alexandrin.in l.fina.§ & si pręfatam. 2. column. C. de iure. deliberan. vide ibi domi. Iaso. vbi alias limitationes ponit.
b Expensas funeris] Idem de expensa facta pro infirmitate defuncti,tex.est no.in l ex restituẽda,C.de peti.hæred.vbi Bal ad hoc no.vbi ponit etiam, quā do mercator in hospitio infirmatur, & hospes facit expensam.Et quando sunt plures socij scholares.Adde similem tex. de expensa infirmitatis in l. legatis, C.de relig.& sum.fu.
c In testamento] Si hæreditas non sit soluendo,tenentur legatarij contribuere pro parte, ita Bartol. in l.fin.§.in computatione,per illum text. quam sequuntur omnes,C. de iure delib. Refert, & sequitur Abb consil.107. hæres, qui collegit testamentum, primo li. Et idem Bar.vbi supra dicit, quod si hæres in vendendis rebus hæreditarijs aliquid soluit proxeneris, vel in subhastationib. & huiusmodi, ꝙ ante omnia deducit, ita etiam Bartol.in l. vbi pure.§.si ff.de fre. & in l quantitas patrimonij. per illum text ff.ad l Falc. Adde, ꝙ si hęres expediit litigando cōtra alium,qui se pręrendebat hæredē reperit, vt in d. § in computatione,tenent Ange. Pau. de Ca. Alex. & Ias. q. ā lo hæreditas nō est soluendo. Sed pone, ꝙ hæres accipit pecuniā mutuo, & morit & expẽsæ,de quib[9] fuit lis, inueniuntur factæ per hæredem, sed ꝙ de pecunia mutuo accepta non cōstat creditores petūt hæreditatem sibi assignari. Mercator petit pecuniam mutuatam quis præferetur? vr̃ quòd mercator,ar.l.huiusmodi,ff qui po.in pigno.ha. pro creditoribus, facit quia non constat de illa pecunia factas expensas. Pau.de Ca.ĩ dic. §.in computatione allegat Bar.in l si ventri,ff.de priui.credi.vbi dicit, ꝙ quando quis facit aliquam expensam pro se, vel suis,quæ pertinebat ad ipsum, si aliud non probetur,præsumitur,ꝙ fuerit facta de pecunia, quam mutuo accepit,per l.fi.C. de pign. vbi dicit esse casum sing.secus,si illa expensa ad se nō pertinebat. Et sic ille mercator adducere poterit, sicut poterat hæres,ita no. Bart. in l.imper.de leg. 2. quod limitat, Pau. si tẽpus,& q̃ritas patitur alias nō p l.fi ff d.exer.
d Possit repetere] Vide plenè per Pau.post In. in d.c. quia plerique,in 4.q.
e Solum pro duabus] Vt l.veluti,& l.Celsus.ff de relig & sum.fu.vbi ponitur hoc,quod hic dicitur.

Est

dissinitum,[a] vel defunctũ, l.3.in princ.S.1.de alimen. leg. Quintus, quando res legata possidetur ab vno insolidum,d.l.pro hæreditarijs,[b] & ff.commno.l. sed mihi.S.hæres.Sextus quando obligatio consistit in impledam pollicitationem factam a defuncto ad honorem Dei, vel sanctorum, vel reipublicæ ff.de pollici l.1.S si quis,& l.ex pollicitatione.Septimus, quando,obligatio est indiuidua. ff.de verbo.obligation.l. in executiõe.S.2.& de his habens in glo.d.l.pro hęreditarijs.

10 Quid si hæres est pupillus, nunquid differetur solutio debitorum, vel legatorum.Respon. quòd non, vt l.sub prætextu,C.de act. hæredita.

11 Vtrũ dilatio restitutionis facta ab hærede prolonget statũ in purgatorio defuncti,& quomodo Episcopus potest compellere hæredes non exequentes, vel alios executores, & multa alia ad hoc vide supra,Executor.

12 Verum hæres rogat⁹ restituere hæreditatem, possit alienare aliquid de ea? Respond.quòd non.C. cõmunia de leg.l.fin S.sed qa nostra, nisi in casibus positis in aut.res quæ, ibidẽ posita, qui sunt isti, scilicet causa dotis, & donationis propter nuptias, & loquitur in liberis, non in extraneis. Item dic secundùm Bartol.in d. aut. quod potest alienare pro ponendo filiam in monasterio.Idem Bald.ibidem. Similiter pro causa alimentorum, quando non potest sustentari aliunde, & idem pro redimendo filio capto ab hostibus, potest tamen retinere sibi quartam Trebellianicam, vt in c.Rainutius,&.c.Rainaldus,de testamẽtis. Si verò rogatus est restituere,quicquid superit de hæraditate, tũc ad minus quartam partem seruabit substituto, [c] vt C.ad Treb.aut.contra rogatus,& vide de hoc in gl.in d.capit. in præsentia. Aduerte secundùm glo.in d.c.in præsentia,quòd licèt qs ex liberis testatoris sit purè rogatus restituere hæreditatem,nulla facta mẽtione de filijs,Si tamen postea habuerit filios, vel nepotes,substitutio euanescit. [d] C.de fideicommis.l cum acutissimi, C.de institut.& substitut.l.generaliter,S.cum autem, ff.de condi.& demonst.l.cum auus,vide infra, subest.S.13.

13 Vtrũ bona ingredientis religionẽ non capacẽ,vt sunt mendicãtes, qui nec in cõi debent habere sint propinquorum? ℞.cõis opinio est,ꝙ ad succedẽtes ab intestato veniant,per aut.bona,C. de bon.proscri.Sed hęc limita,nisi prædicta bona fuerint ei relicta sub conditione,si decesserit sine liberis restitueñ. lege locũ citatũ,si vis intelligere, quia tunc debent erogari ad pios casus,Casus est singularis in aut.de san.epis. S.sed & hoc præsenti,in fi.Et hoc sequitur Ang.ĩ disputatione,quæ incipit,Nobilis qdã genere,hęc omnia limita vera,nisi imploratione officij iudicis[e] ea vellent vẽdere,& pretium in suas necessitates conuertere,quia succederent, vt supra hæreditas. S.17.dictum est.

14 Vtrũ hæres dedicans se [f] monasterio, excludat substitutũ? ℞.gl.in d.c.in præsentia ꝙ sic, si est priuatus, & ẽt cum rogatus est restituere priuato,secus,si substitut⁹,vel cui rogatus est restituere, esset ecclesia, [g] vel loc⁹ religiosus,vel alia pia cã,quia non excluderet, vt in d.S.sed & hoc pręsenti,vnde sumpta est aut.nisi rogati, C ad Treb.

15 Sed quid si non ingreditur monasteriũ, sed efficitur clericus? ℞.gl.in præfato.c.in præsentia,ꝙ non euanescit substitutio,nisi duo concurrant.Primum, vt perpetuò maneat in ecclesia.Secundum vt reditus expẽdantur in pias causas,vt in præfata aut. dicitur.Sed Panor.ibidem in 4.col.ver.quæro vlterius,restringit ad clericum conuersum

a Est dissinitũ] Puta,qa vn⁹ pro oib.eligit, vt soluat, nẽ minutati cogatur habere.

b L. ꝓ hæreditarijs] Hæc intelliguntur in personalibus actionibus, in realibus verò tenet ille,q possidet. l ꝯ eo. S.fi.ff. ad exhib. ita gl. & Bal.ĩ d. l.ꝓ hęreditarijs.

c Seruabit substituto] Posset tñ quartã illã diminuere ꝓ redemptione captiuorũ,vt in d aut.

d Euanescit] Hoc tñ intellige verũ ſm Io. An. & Pa in d.c.in ꝑsentia,si est rogatus filius, vel nepos,qa nõ est verisimile,ꝙ testator voluerit priuare sobolẽ propriã, & ditare sobolẽ alienã,sec⁹ tñ in hærede extraneo,qa d. iura non videntur habere locum.

e Officij iudicis] Hoc intellige in alijs a fratribus Minoribus,quia ibi concluditur, ꝙ nõ pñt implorare officium iudicis in bonis eorũ,qui ingrediũtur religionem.

f Dedicãs se] Pa. in d.c.in præsentia. a1 col. ver. quæro verum in distinctè.

g Esset ecclesia] De hoc no. Bar. ĩ aut. quas actiones,C.de sa. san. ec.Nã priuilegia t⁹nõ viiĩ priuilegio ꝯ priuilegiatu eo. priuilegio sed ecclã ẽ priuilegiata, quare.

ſum alicui monaſterio, ſed magis placet, vt ſimpliciter intelligatur, ſicut gloſſ. intelligit. a

16 Vtrum conuerſio, ſeu dedicatio ſui ipſius, & ſuarum rerum eccleſię ſęculari euacuet ſubſtitutionem? ℞. glo in d.c. in præſentia, & Ab. ibidem. 14. col. ver. vlti. glo. ꝙ aut fit clericus; & dic vt. §. pręcedenti. Aut non fit clericus; Et ſic non expirat, b licèt alij dicant, ꝙ etiā expirat, ſed primum verius. Secundum ęquius.

17 Quid ſi quis ĩgreditur religionem in fraudem ſubſtituti? ℞. Pa. ĩ d.c. ĩ pręſentia, Abbas tenet ꝙ nõ euacuat ſubſtitutionē, quia dolus & fraus nemini patrocinatur, de reſcri. c & placet cõmuniter doc. facit. 20. q. 3. §. fi. vbi inductio facta cā bonorum impedit acquiſitionem eorū; ergo fortius, quando fraus interuenit.

18 Vtrū hęres inſtitut' cū conditione, ſi ſine liberis ex ſe legitimè deſcendētibus; vel ex corpore ſuo naſcentibus, ſi ingrediatur monaſteriū, euaneſcat ſubſtitutio? ℞. Panor. in d.c. in præſentia. 15. col. poſt diuerſas opiniones recitatas concludendo cum Barto. & Cy. in l. ſi ita quis, ff. de le. 2. quod euaneſcit, & credo ſit verior; concor. Archid. d & Io. 19. q. vlt. c. ſi qua.

19 Sed quid ſi nõ intrauit, ſed inſtituit monaſteriū hęredē? ℞. Archidi. d.c. ſi qua, quòd non euaneſcit ſubſtitutio ſecundùm Goffre. e

20 Vtrum hęres teneaĩ ſoluere legatū cauſa dotis factum, ſi illa ingrediatur monaſterium? ℞. Pa. ĩ d.c. in p̄ſentia. 14. col. ver. faciūt ēt p̄dicta, ꝙ ſic, & idē, ſi eſſet ei relictum cauſa donationis propter nuptias.

21 Vtrum ſubſtitutio expiret facta ſub iſta conditione, ſi ingreditur monaſterium, vel ſi nupſerit, vel non nupſerit? Reſpond. Pa. in d.c. in pręſentia, col. 12. verſic. alia etiam quando, quòd non, quia communiter tenetur, quod habetur conditio pro non adiecta in ſubſtitutione, quæ impedit religionis ingreſſum, ſicut illa, quæ impedit matrimonium carnale. l. cum tale. §. Mæuiæ, ff. de condi. & demon. l. 2. C. de indic. vidui. Et ideo mulier non tenetur reſtituere relictum ſibi cum onere reſtituendi, ſi nupſerit. l. quoties, ff. de cōdi. & demõ. vbi legatū factum, ſi non nupſerit, tenet, q̄uis faciat cōtrariū. l. filiæ, ff. de cōdi. & demon. Idē dicit Alb. in l. deo nobis, C. de epi. & cle ꝙ puella, cui relinquūtur cētū, ſi nupſerit, Si verò religionem intrauerit nihilominus, ſi intrauerit, habebit cētū, quia in caſu prædicto omnis cōditio, dilatio, & grauamē remiſſa intelligunt cū p̄dicta inſtitutio ſuccedat loco debiti bonorum ſubſidij, vt eſt expreſſum, C. de inoffi. teſt. l. quoniam in prioribus, & hoc dicit verum in filia, cui bonorum ſubſidium debetur, ſed in extranea non, ſed ſolùm ſi conditio extet, & ēt nõ h̄ret filia, qñ legitima ēēt ſibi legata; & iſtud eſſet vltra bonorū ſubſidiū. Et de hoc vide eūdē ibidē diffusè ĩ d. l. qm̄ in priorib' Ric. Malū. diſputauit, & tenet, ꝙ ſi reliquaĩ alicui cētū, ſi nupſerit, & 50. ſi ĩgrediaĩ religionē, ꝙ nihilomin' ingrediēdo habebit centum, nec diſtinguit, an ſit Filia, vel extranea; & eſt verum, & ſic tene. f

a Sicut gl. intellig.] ſed opi. Pa. magis applaudit tex. ad qd enim fieret mētio, qd ꝑpetuò remaneret in eccleſia, ſi efficeretur cleric' ſecularis. ideò dicitur, ꝙ intelligit, ſi fiat cleric' in monachatu.

b Et ſic non expirat.] Quia d. §. ſed & hæc pręſenti, non debet extēdi ad alium caſum.

c Ca. ſedes, de reſcript.] De ſepul. c. in noſtra, benè facit de teſta. officij, & c. requiſiſti, & c. fina. Et dicit Abb ꝙ probatur fraus probando cõminationes factas per hæredē ipſi ſubſtituto, arg. de renūciatio. c. 2. li. 6.

d Cōcor. Arch.] Nihil dicit ibi de hoc, ſed benè loquit de eo, quod habet in. § præcedenti. Sed tu vide bonum tex. in l. Titię, ſi nupſerit, ff. de conditio. & demōſtratio. vbi dicitur, ꝙ ſi teſtator reliquit Titię. cc. ſi non nupſerit, & ſi nupſerit reliquit. c. ſi Titia elegerit nuptias, debet hr̄e. cc. & tamen non impleuit cōditionē, ſed illa habet p nõ adiecta, q̄a retrahit à matrimonio carnali cō trahēdo. Idem & forti', ſi à ſpūali.

e Secūdū Gof.] Ratio, quia cum teſtator ſic dixerit, ſi ſine liberis & c. de naturalibus intellexit. ff. d le. 2. l. ſi ita qs. §. is cui, ff. d cõd. & demõ. l. fideicõmiſſū, & l. vl. ad. c. in præſētiā, d prob. vbi dicit, ꝙ non videtur decedere inteſtat', q monaſteriū ſibi inſtituit hæredem, dicit verum illud ĩgrediēdo. no. tñ; ꝙ ſi grauatus reſtituere, omnia alienaret, demū in fraudem ſubſtituti monaſterium ingrederet, ꝙ nõ euaneſceret ſubſtitutio, q̄a §. ſed & hæc p̄ſenti, intelligit, qñ illæ res reſtituēdę acquirunt monaſterio cū reliqua ſubſtātia ingreſſi. hæc Are. poſt Gof. no.

f Et ſic tene] Ad de ſimile de Iudęo. j. Iudæus. §. 30. ver. 8. plenè. Io. de Ana. c. Iudęi, el 2. de Iudę. tex. in l. cognouim', & ibi Sali. C. de hæret. facit. l. vnica C. de rapt. ver. adde ēt Ang. de Are. ĩ §. pęnę, Inſt. d leg. vbi tale legatū valet; ſed illa cā, vel pęna dēt reijci contēplatione vitæ ɔtēplatiuę, ĩ aut. de ſan. epiſ. §. ſed hęc pręſenti, vbi tex. gl. & Bar. bñ Archi. Flor. in 3. parte, titu. 3. c. 3.

vltra eum vide Albe.in 2.par.sta.q.103.quæ incipit, Martinus de Fano. vbi tenet, ꝙ filia viduata potest petere eandem dotem sibi dari, si vellet ingredi religionem. Et idem sequitur Rom. in suis nota. not. 832.adde Bar.in l.2.ff.de his, quæ pœ. no. quem alleg. Ang. in d.§. pœnæ. Et hanc sententiā expressè tenet gloriosus Hieronimus ad Demetrium, ver. Aliàs de testamento. Vbi reprehendit eum, qa exhęredauit filias, eò quia ingressę fuerāt monasterium, & easdem confortat. a. Quintò deportatus] Per legem ciuilem habetur pro mortuo.l.1. § pe.ff.de contra ta.l.si necesse. §. si deportat9,ff.de bo. li. Ideo ꝑdit omnia, quæ sunt iuris ciuilis,& retinet ea, quę sūt iurisgentium. l. quidam sunt, ff. de pœnis. Fallit hoc in relegato, qui nō perdit bona propria, nec ea, quæ sunt iuris ciui.l. si qua, ff.ex quibus cau. ma l. relegati,ff. de pę. Vide alias limitationes per Ias.in d.l.2.C de hæredibus institué. Sed quid de bannitis nostri temporis? Et dicendum, ꝙ bannitus ex forma statuti, qui potest impune offendi, non perdit successiones delatas ei de iure ciuili & communi, nisi essent hostes Romani imperij, quia perdunt ea, quæ sūt iuris ciuilis. l. 2. C. de desertn. li. 12. l. amissione, ff. de capi. dimi. l.certa,C.de iur. fis.li.10. non ea, quę sunt iurisgentium &c. Ita concludunt omnes in d.l.1. Pone exemplum, Statuto cauetur, ꝙ existentibus masculis filiæ fœminæ non succedant, certè bannitus non habebit beneficium statuti &c. Sed bene poterit succedere in hæreditatibus, quæ deferuntur ei de iure ciuili. Quod est verum, si bona sūt extra territoriū bannientis, quia si intra, tunc bannitus non succedit, ita Paul. de Cast. qui dicit se Florentiæ sic cōsuluisse, in d.l.1. Licèt enim commune banniens non possit tollere bānito ius cōmune, potest tamen in suo territorio offuscare, & obumbrare taliter, ꝙ effectum nō sortiatur. Nō enim audiendus est a iudice, qui est hostis ciuitatis. Sequitur Imol.in l.Gall9. §.ille casus,de li be. & posth. in l. ex facto §.ex facto,ff.ad Trebel. Alex.con.23. prima parte. Opportune,& consi.75. eadem parte, Visis & diligènter perspectis Rom. in d.l.a.licet oppositum teneat idem Alex. cum Salic. in d.l.1. C. de hære. institué. Ancha & Imo.in d.c.2. de testam.

22 Statuto cauetur, ꝙ filię extantibus masculis nō succedant, sed debeant de bonis paternis dotari, & esse contentę, quæritur, si patrę mortuo, qui reliquit filiū, & filiam, & anteq̃ frater sororē dotaret, mortuus est, relicta filia sua, dicta amita debeat habere solū dotē; vel tanquam hęres? ℞. Albe.in l.publico,& l.1.C.ad l.Iul. de adult. quidam tenent ꝙ sic, quia neptis non succedit vt masculus; sed verius videtur secundū Hugolinum de la Fontana, ꝙ succedit neptis, non amita. Ratio, quia ex morte patris iam ius fuit quæsitū filio, & illud transmittit filiæ, vt C.de cad.tol. §. in nouissimo, quia in hoc representat personam patris sui, ar. C.de hære. vel act. vend l. emptor, & sufficit semel ius fuisse quæsitum, vt ff. quod me.causa.l.videam9, de quo vide supra, Feudū. §.8. sed si filius præmortu9 fuisset ante patrem, relicta filia, vera esset opinio prima, quia tale statutum est factum, quia per masculos conseruatur agnatio, vt.ff. de ventre insp.l.1.§.pe. Ergo non debet porrigi ad sexum fœmineum, vt in d.l. publico. vide supra excommunicatio, 1.§.20. Qūo frater potest admittere sororē in fraudem creditorum.

23 Vtrum hæres teneatur seruare ordinem in soluendo creditoribus, vel legatarijs? Respond. ꝙ sic, quia creditoribus prius satisfacere debet, siue ex contractu, vel quasi, aut delicto, vel quasi sint, postea legatarijs, si tñ pri9 solueret sine dolo legatarijs pri9 venientibus nō poterit inquietari a creditorib9, si nihil ei remāsit de hereditate, sed habebunt regressum contra legatarios, quis autem in creditoribus sit præponendus, vide infra, Restitutio, 2.§. 16.

24 Quis potest hæres institui? Respō. ꝙ omnis, qui non prohibetur a iure, arg. de spon.cum apud, & quis prohibeatur? Resp. 13. Primò hæreticus, aut pagan9, de hære.c.si quis episcopo; Secundò credentes, receptatores, & defensores hæreticorum, de hære.c.excōmunicamus, el 1.§. credentes. Tertiò apostata. Quartò collegiū illicitum. Quintò deportatus. a C.de hære. institu. l. 1. Sextò dānatus ob crimē famosum. Septimò insecutor Cardinalium, de pœnis. c. fœlicis, libro 6. Octauò excōmunicatus, nam quia tempore institutionis, vel mortis, vel aditionis hæreditatis erat excommunicatus, non valet institutio; secus, si post institutionem fuit excommunicatus, sed ante mortem absolutus, vel post mortē fuit excommunicatus, & ante aditionē absolutus, tenet institutio.ff.de hære.insti.l.sed & si in conditione.§. solemus, vbi media tempora non nocent, & l. si alienum.§.in extraneis. Nonò spurij nati ex damnato coitu, de quibus supra, filius, in princ. Decimò incestuosi cum monacha. 27. q. 1. si quis solicitaue.it,

citauerit,in gl.[a] Vndecimò crimen læsæ maiestatis cõmittens,de pœ.di.1.c.quisquis cum militibus. Duodecimò simoniaci secundũ aliquos, quia parificantur lędẽtibus maiestatem. Tertiodecimò illi,qui non possunt habere nec in ꝓprio, nec in communi; vt sunt fratres Minores,Cle.exiui.§.cupientes,de ver. sig. de materia hæredis vide supra,Hæreditas,& infra, *Legatum*,& Testamentum.

HAEREMITA dicitur, qui verè,& puram solitariam eligit vitam. 16.q.1.qui verè.

1 Vtrũ possit habere proprium? ℞.gl.in d.c. qui verè ꝙ sic,& est tex.19.q.3.§.econtra.

2 Quæ est strictior vita,an hæremitarum,an religiosorum? ℞.gl.vbi supra dicit, quòd monachorum. Intellige in hæremitis, qui non sunt religiosi.

3 Vtrum hæremita gaudeat priuilegio clerici? ℞.gl.[b] vbi supra ꝙ sic, & dicit probari per d.c.qui verè,sed iudicio meo nihil ꝓbat,nisi ꝙ sunt digni honore. Et propterea dico cum Ioa.de Lig.in Cle.per literas,de præbẽ. ꝙ sicut laici nati sunt, ita laici perseuerẽt,& sub iurisditione imperatoris,cum eis non adueniat aliquid eripiẽs eos ab ipsius iurisditione, qđ duplex est, videlicet receptio ordinis,vel conuersio ad aliquam religionem approbatam,in c fin. de religio.do.7. q.4.si quis suadẽte,de sen.ex.non dubiũ, cũ similibus, & sequitur Pan. in c.nullus,de fo.comp.licèt sit ęquum dicere, ꝙ sunt ecclesiasticę personæ,& de foro ecclesiastico,per.c.nulla ratione.93.di.& c.si autem.11.q.3.

4 Vtrum religiosi possint vitam hæremiticam eligere? ℞.ꝙ sic de licentia suorum prȩlatorũ, & cellas siue habitacula in hæremo,siue locis,vbi non sit hominum habitatio de propinquo, capere, & mutare possunt etiam religiosi mendicantes, vt i c.cũ ex eo(est.c.vnicũ.)& in §.fi.de excess.prælati.6.Sed plati nemini, debẽt date licentiã,nisi iã in societate perfectis, cum sit periculosissimũ solitariè habitare imperfecto,cui dicitur, væ soli, quia,cũ ceciderit,nõ hẽt subleuantẽ,& iõ.S.Tho.2.2.[c] q. 188.ar.vlti in corpore. q.dicit, ꝙ vita socialis necessaria est ad exercitium ꝑfectionis,quia mutuo se instruunt verbo,exemplo,& correctione,q̃ ad perfectionem perducunt.Solitudo aut cõpetit iam ꝑfectis, qui aliorum regimine non indigent. Et iõ si absque exercitio præcedenti talis vita assumatur, periculosissima est,nisi suppleatur per diuinam gratiam,hæc ille.

HAERETICVS est ſm Arch.in c.quicũque,de hære.li.6.primo,qui tenet ꝯ quatuor concilia.[d] Item qui aliter sentit de sacramẽtis,s.corpore Christi,baptismate,ꝯfessiõe,& alijs,quã sacrosan. prędicat & obseruat ecclesia.c.ad abolendã,de hæ. Item q conaẽ auferre priuilegiũ ecclesiæ Romanæ sibi a Christo traditũ,vt in c.oẽs.22.di.qđ est,vt sit caput oĩum ecclesiarũ. Itẽ dubius in fide.c.dubius.[e] de hęr.Item omnis schismaticus.24.q.3.inter hæresim. Item oĩs simoniacus.1.q.1.quisquis.Item oĩs præcisus ab ecclesia.24.q.1.c.2.Itẽ oĩs interpretans malè sacrã scripturam. 24.q.3.hæresis Græcæ. Itẽ q nouã opi.inuenit. 24.q.3.hæreticus est.Item qui transgredit̃ pręcepta apostolicę sedis.19.di.nulli.Item qui non tenet articulos fidei.Sed loquẽdo de hæretico propriè, & vt sit excommunicatus,& subiaceat alijs pœnis contra hæreticos statutis, dic ꝙ tria requiruntur secundùm Alexan.de Ales.2.2.tit.de hæresi. Primum falsa credulitas in rationabili, secundùm glo.23.q.3.§.quia verò sermo,qđ erret in articulis fidei,& eius sacramentis vt in c.ad abolendam de hęr.Addit Pan.in Cle.vnica,de vsu.ꝙ ẽt ille,q falsam,& ex-

 tortam

a Si qs sollicitauerit in gl.] Ibi nihil dicit gl.licèt posset trahi a tex. cũ bona illius sint cõfiscata ecclesiæ.

b Ref.gl.] Quæ dicit, ꝙ subiunt epo territorij,& sunt sicut locustæ non habẽtes regẽ Idem tenet gl.in d c. nulla. Idẽ vr̃ velle In. c. cũ in monasteriũ,de elec.dum dicit hæremitã esse personã ecclesiasticã Arch. ẽt in ca. vno, de exce.prę.li.6. dicit hæremitã esse religiosam ꝑsonam, ſm aliquos. De quo videndũ est per d. Ant cõs.19.Arch. vbi s̃. tenet ipse, ꝙ sit religios⁹ hęremita.

c Th.2.2.] dicit ibid.ꝙ solitudo non est ipsa perfectiõis essẽtia, sed instrumẽtũ, & commodũ cõtẽplationi, non actioni,& cõpetit religionibus ordinatis ad cõtemplationẽ,nõ ordinatis ad opera vitæ actiuæ nisi fortè ad tempus exẽplo Christi.Luc.21. Exijt in montem sol⁹ orare, & erat ꝑnoctans.

d Quatuor concilia] Et sic intellige c.C. de hære. l.quicunque Adde, quod Archi. modos sequentes non notat. sed glo in c.illi. §.quia.24. quæstio.3.

e C. dubius] Et gl.dicit,ꝙ verificatur in eo,q dubitat i tenui art. vt l.2.in fi. C. e.

tortam expositionē in diuinis scripturis ponit ɔ̄ id, qđ tenet ecclesia. (Intelligo. s. ꝑ art. fidei) est hęre. gl. tñ in Cle. 1. §. sanè, de vsur. dicit indistinctè de tenēte, aut gignente puersū dogma, vel falsas opi. ꝙ hæret. est. Car. in d. Cle. ēt voluit hoc extēdere ad tenentē ɔtra canones, & multi doc. ibid. Sed ego dico clari⁹, ꝙ falsa credulitas ɔ̄ fidē ē dupliciter. Primò directè & principaliter, & hoc est oē, qđ est ɔ̄ articulos fidei. de hoc Th. 2. 2. q. 11. ar. 2. Secundò indirectè, & secundariò sicut ea, ex qb. sequiť corruptio, alicuius articuli, sicut dicere aliqđ falsum in scriptura diuina ɔtentū, qa est corruptio illius articuli de spiritu sancto, q locutus est ꝑ ꝓphetas. Similiter dicere, ꝙ ecclesia malè determinauit in aliquo circa fidē, ē ɔ̄ illud, Sanctā ecclesiā catholicā, & hmōi. Secundùm, ꝙ requiriť, vt quis sit hæreticus, est peruersa volūtas, & in ɔcupi scibili. Tertiū impugnatiōis pertinacitas ex parte irascibilis, s. qđ pertinaciter [a] hoc teneat, qa licèt quis erret in fide, & alijs prædictis, si tñ paratus est corrigi, non est hæreticus, tex. est. 24. q. 3. dixit apostolus in ver. ptinaci aīo & gl. si ibi. & c. q in ecclesia, & glo. 2. in c. nec licuit. 17. di. & tex. plan⁹ in c. hæc est fides. 24. q. 1. & in c. dānamus, de sum. Trin. in verbo, ptinaciter, ꝓpterea dicit Lau. ꝙ q errorem nō defendit, imo parat⁹ est intelligere rōnē, nō est putādus hæreticus. Similiter ille, q dubitat ex aī īfirmitate, nō tñ ptinaciter insistit. Et c. ad abolēdā, de hę re. intelligať, qñ in dubio ptinaciter īsistit.

1 Qua pęna puniunť hæretici ꝓpriè? Res. vt colligo ex diuersis iurib. ꝙ vltra mortale pctm. 14. pęnis. Prima [b] ꝙ ipso facto sunt excōicati, de quo. s̄. exc. 5. casu. 17. Nec dū hęretic⁹ excōicať, sed ēt suspect⁹ de hęresi, nisi ad arbitriū epī se purgauerit. [c] c. ad abolēdā. §. laicus, de hęr. & de sen. exc. vt famæ, & si excōicationē p [d] annū sustinuerit aīo indurato, tūc velut hęretic⁹ ɔdēnabiť. c. excōicam⁹. §. 1. de hęret. cum cōtumacia de hær. li. 6. requiritur tamen, vt specificè sit vocatus, vt de fide respondeat secundū Io. An. ibid. & se de tali suspitione purget.

28 Primum vt officium ab intētione procedat, & isto modo attentio requiritur ad officium, non solùm propter meritum, sed et̄ ad euitandū peccatum, quia nullum opus est meritorium nisi ex intētione procedat, aliter non esset humanum, cum homo sit homo per rationem & voluntatem. Similiter ad euitandum transgressiones pręcepti, quia pręceptum datur hominibus. Et ideo oportet, ꝙ non procedat ex sola imaginatione, quę communis est nobis, & brutis, sed ex deliberatione, quæ requirit attētionem. Secundo modo, vt totum officium attentio concomitetur actualiter, & hoc non requiritur nec in officio, nec in alijs bonis orationibus, vel operibus, quia est impossibilis humanę fragilitati, [f] requirit̄ tamen ꝙ orans scienter non distrahat mē tem ab officio, quia hoc non posset esse sine mortali peccato, vel veniali, nam euagatio, quę est præter intentionem, & propter præcedentem occupationem licitam, non est peccatū. Secus, si ꝑ illicitam, sed euagatio, quæ est aduertentis, & solū s̄m actū interiorē, licèt sit temeraria & grauis sol è non tamen est mortale nisi ꝑ cōtemptū, quia ecclesia non habet iudicare de interioribus actibus mere, propter quod mini ster ecclesię. licèt dicendo officium aliud cogitet, non videtur trāsgressor præcepti [g] ex natura facti, si autem euagatio mētis sit ex hoc, ꝙ aliquis scienter se occupat in actu exteriori, qui non secum patitur attentionem, sic videtur esse mortale peccatum & directè contra præceptum. c. dolētes, de cel. mis. vbi pcipitur, vt studiosè pariter, & deuotè

a Nō conuenit] Gl. in c. si in ver. vagandi, de resc. li 6. dicit, ꝙ clerici per horā nō debent abesse ab ecclesia. 92. disti. c. si. & 46. di. clericum, & cap his igitur. vbi text. aureus. 23. dis. in fin. De religiosis dicit Gregor. in c. quia tua. 12. q. 1. ꝙ præ alijs debent diuinis officijs inuigilare, s. vt bonis operib. viuant, & canendis psalmis inuigilent, hęc ibi.

b Et sic limito] vide gl. i d. Cle. vnica, de reli. & ve. san. ver orōnes, in 7. mēbris.

c C. peruenit] Dicit glos. ibi, ꝙ episcopus q sex mēses potest abesse secundum canones, c. ex tuæ, de cle. non resi. secundùm leges per annū, in aut. quomodo oportet epos. §. illud.

d Licèt non corde] Datur exemplum de eo, qui vadit ad sanctū Iacobum, q non oportet ꝙ semꝑ cogitet de hoc.

e Modum dicendi] nè dicatur cū sincopa. ad idem Cle. 1. de celebr. mis. ibi, cum deuotione. Et Hiere. Maledictus q facit op⁹ Dei desidiose. Ex corde. n. plus, quàm ore orādum est. 91. d. c. 1. & 2.

f Humanæ fragilitati] Cor enim hominis vagum est, secundū Poe. & recitat Pa. rit. in ca. dolentes.

g Transgressor præcepti] etiam de iure diuino debēmus deuotè & attentè orare, & psallere, psalmo secūdo, Exultate ei cum tremore, & psalmo. 96. Psallite ei sapiēter, item etiam ius positiuum se extendit ad interiora in foro pœnitētiali, in c. consuluit de vsur. Et patet in c. dolentes, de cele. mis.

deuotè dicatur. hoc nō obseruant, qui occupantes se in actu exteriori scienter, si bi attentionem subtrahūt. Idē Th. in 4. di. 15. dicit, ꝙ q̄n aliquis mentē ex ꝓposito distrahit ad alia in orando, sine culpa non est, & ꝑcipuè si in alijs spōtè se occupat, q̄ mentē distrahunt, sicut sunt exteriora opera; & si mens ad ꝯtrarium euagēt, erit culpa mortalis. Si aūt sine hoc, qđ ꝑcipiam[c], mens ad alia euagetur, vel culpa caret, vel minima erit, nisi ꝑcedens cogitatio, ex qua ꝯtingit euagatio, talis esse dicat̄ in culpa; hæc ille, & hoc teneas. limitando tn̄ dictū Thomæ verum quò ad orationem, q̄ est de ꝑcepto, sicut est officiū, & hmōi, non aūt quò ad orationē, quæ ex deuotione ē, & voluntate solū. Aduerte tn̄ ſm Tho. 2. 2. q. 82 ar. 1. ꝙ deuotio nihil aliud eē vř, q̄ volūtas quædā promptè se tradendi ad ea, quæ pertinēt ad Dei famulatum. similiter attende ſm Tho. in 4. di. 15. ꝙ requirit, ꝙ attentio remaneat ī oratione nō per essentiā actus; nec sufficit ꝙ sit in habitu solū, sed ꝙ sit ſm virtutē, [a] quæ est mediū quid inter prędicta duo. Et tunc vř manere ſm virtutē, q̄n accedit ad orationem cum intentione aliquid impetrandi, vel deo debitum obsequiū reddendi, etiam si in prosecutione mens ad alia rapiatur, nisi tāta sit euagatio, ꝙ omnino depereat vis primę intētionis. Et ideo oportet, ꝙ sæpius homo cor reuocet ad seipsum. Et ex his patet, qd tenendū de confabulantib. & alias dissolutiones faciētibus in officio, aut ipsum dicētibus faciēdo aliquod exercitij manuale, qđ bn̄ no. [b] Et ſm ꝑdicta itellige & limita. d. c. dolētes, & do. ibi.

29 Vtrum clericus cantans in ecclesia officium diuinum, vt placeat populo, peccet? Rx. Pa. in c. vt quisque. 2 nota. de vi. & hon. cle. ꝙ sic grauiter. Vnde dicit Isido. Deum moribus stimulat, qui populum vocibus [c] mulcet, aliàs delectat. facit quod dicitur & no. 92. di. c. 1. & 2. de quo tamen, vtrum sit mortale, vel veniale, vel nullum, Dic vt infra, Placere.

HORROR futuræ vitæ est filia luxuriæ, inquātum reputat bonū ęternū, vt bonum arduum, quia propter delectationes venereas non appetit, imo fastidit bona æterna, ac si non essent ardua & summa.

HOSPITALE, [d] quod alio vocabulo dicit̄ xenodochiū. Aliud dicitur religiosum. Aliud non religiosum. hospitale religiosum dicitur, quando autoritate episcopi ædificatum est, cap. ad hæc, de relig. do. & tunc pertinet ad ipsum episcopum, non vt disponat de reditibus ad libitum, sed vt ordinet, vt dispensetur ad vsum destinatum, ar. Clem. quia contingit, de religio. domi. Hospitale, quòd non est religiosum, est illud, quod sine autoritate episcopi constructum est, [e] nec episcopus potest se de eo intromittere, sed patronus, qui ędificauit, ad libitum disponet, vt in c. inter dilectos, & ibi per Inn. de dona. Et quamuis episcopus exercuerit ibi vnum ius [f] episcopale, non potest tn̄ per hoc alia exercere ſm Fede. consi. 215. quia de possessione vnius articuli non est inferendum ad alios articulos, vt in c. cum cōtingat, de deci. Nec ob. c. 1. de reli. do. quia locus, de quo loquitur, necessariò debebat esse subiectus alicui episcopo, & ideo pręsumitur pro eo, q exercuit vnum ius in eo. Simile infert Io. An. in regula, quod alicui, li. 6. in Mercurialibus, ꝙ patronus, qui exercuit ius præsentandi, alio non apparente, [g] præsumitur patronus, ex quo ius patronatus ad aliquem dēt pertinere, & alius non apparet nisi iste, qui exercuit actus patroni, nō sic in casu nostro, quia hospitale necessariò

a Virtutem] vide T. Baptismus. 3. §. 8. cū enimo ibidem, & infra, missa §. 12.

b Qđ benè no.] Peccere nanq; tales vūt mortaliter, cum studiosè proijciāt attētionem; & vide Ab. in d. c dolētes, in fi. qui ponit tres dicendi modos, & subdit. credere quātitatē reatus cōsiderandā ex qualitate, & quantitate contéptus, & negligentiæ, hæc ille.

c Vocib.] Abb. ibi alleg. gl. in c. odi. 24. q. 1. quæ dicit ꝯ seculares qui vadūt ad ecclesiā, vt videāt dominas, qa corde potius orandum est, q̄ ore, & ad laudem Dei.

d Adde ex Con. Trid. hospitalia diligenter gubernāda, ses. 7. c. xv. ses. vlt. c. 8. ea obtinentes hospitalem exercere debene eo. c. 8. visitanda, 22. c. 8. q̄ dantur in titulū. 23. c. 17. 25. c. 8. eorum priuilegijs q̄ gaudeant. 24. c. 5. eorum administratio vltra trienniū non concedenda, 25. c. 8. de ref. P. V.

d Cōstructū ē] Hospitalia pñt redirĕ ad humanos vsus, si sine autoritate epi cōstructa sunt, & sic nō sūt religiosa, Pa. in c. ad hæc, de relig. do.

e & malè, secundùm Abb. in ca. 1. de religio. do.

f Vnū ius] Puta quia visitauit, vř officialē emouit.

g Apparente] Archi. tñ in c. 1. de iure patro. li. 6. tenuit cōtrariū.

cessariò nõ est religiosum vt patet. ª Limita tñ hoc verum, ꝙ episcopus non potest se intromittere, qñ nõ est religiosum, secundũ Pan. in c. 1. & in c. de xenodochijs, de reli. do. verũ, nisi patronus, qui ipsum ędificauit, eẽt mortu⁹, q̃ tũc ad curã epi pertineret, vt voluntas defuncti pia mãdaretur executioni, vt vr̃ tex. in aut. de ecclesia. ti. §. si quis ędificatiõe, & §. seq. Vnde licèt talis locus non teneatur epo rñdere in episcopalib. tñ eps curã habere põt, ᵇ ex quo pius loc⁹ est. Qđ verũ est, nisi testator, q ip.um ædificauit, aliter expressè disposuisset, quia illud seruandũ, vt i d. §. si q̃s. Ex quo patet, ꝙ q̃libet põt hospitale ędificare ẽt cum oratorio ẜm Ho. & Pa. i d. c. ad hæc, sine alia autoritate. Sed in oratorio non põt celebrari sine licẽtia epi de cons. di. 1. vnicuique, & d. c. inter dilectos, de don.

1 Quis põt præfici ꝑ rectore hospitalis? ℞. Pa. in d. c. đ xenoch js. ꝙ religiosi nõ pñt deputari, nisi talia ᶜ hospitalia habeãt curam aĩarum, vel nisi hospitale esset subiectum monasterio, & monachus deputaretur ꝑ abbatẽ tanq̃ obedientiarius, ẜm Fed. con. 155. Clerici sæculares pñt esse rectores, sed non pñt habere in titulũ bñficij, vt in Cle. q̃a contingit, §. aũt, de reli. do. & Clem. ꝑ literas, ᵈ de pb. Laici oẽs pñt institui rectores, dũmodo sint viri idonei, & ꝓuidi & boni testimonij, q sciãt, velint, & possint loca ipsa, & iura eorũ vtiliter regere, vt in d. §. vt aũt, in Cle. prædicta, quia contingit.

2 Quid debet facere prædicti rectores? ℞. ꝙ debẽt ad modũ curatorum, & tutorũ iuramẽtũ pręstare, ac inuentariũ facere de bonis ipsorũ locorum, & annuatim ᵉ reddere rõnem ordinarijs, sub q̃b. sunt, vel ab eis deputatis alioquin collatio, prouisio, & ordinatio talium est nulla ipso iure, vt in d. Cle. quia ꝯtingit. ᶠ Verũ, ꝙ non extendit hoc ad hospitalia militariũ ordinũ, ᵍ aut aliorũ religiosorũ. Præcipit tñ oibus rectorib. sub obtestatione diuini iudicij, & per obediẽtiam. vt reditus in vsus pauperum conuertant, & non in alios. Rectores tamen militarium, & religiosorum hospitalium sufficit prouideant secundùm eorũ ordinũ instituta, & antiquos obseruãtias pauperibus. Quod est limitandum, qñ quod superest, exponunt pro fide, vel piè, aliàs non excusantur, si malè expendunt in non pios vsus, q̃a negari non põt, quin tales redit⁹ sint instituti propter pios vsus.

1 Quid de administratione sacramẽtorũ, & celebratione in ipsis hospitalibus pauperibus ibidẽ? ℞. ꝙ debet seruari antiqua consuetudo quò ad exercenda & ministrãda spũalia supradicta, vt in d. Cle. quia cõtingit. §. fi. Præcipitur oĩb. ad quos de iure vel consuetudine, vel statuto, vel priuilegio pertinet cura hospitalium, ꝙ bona deperdita alienata indebitè in statum debitũ reducant, & reforment, vt rectores iuxta facultates prouentuum insistant sustentationi, & receptioni miserabilium personarum, in quo si negligentes fuerunt, ordinarijs iniungit, vt ipsi, si non sunt exẽpta, autoritate ꝓpria, si verò exẽpta sũt, autoritate apostolica cõpellant ad p̃dicta faciẽda, per censurã ecclesiasticã compescendo cũ eosdẽ, q̃ quoscunque p̃dictores cũ dantib. auxiliũ, consilium, vel fauorẽ, non obstãtibus quibuscũque priuilegijs quò ad hoc. d. Cle. quia contingit. §. nos in curiam.

HOSPITALIS quomodo debet esse clericus, Vide supra, Clericus. 3.

a Vt patet] Facit q̃d no. Bar. in l. 1. §. si quis, ff. de iti. actu. quę pri. vbi dicit, ꝙ prætẽdẽs hr̃e iurisdictionem in loco, tãtũ obtinet, quãtũ ꝓbat se exercuisse, & nõ amplius; vñ infert, si inferior à principe dicit se hr̃e potestatem exigẽdi vectigalia ex pręscriptione, solũ obtinebit in illis rebus, in q̃b⁹ ꝓbat se exegisse; ita Pa. in ca. 1. de relig. domi. vbi dicit omnia, quæ hic sunt in tex.

b Curam habere potest] de hoc per Pan. in d. c. inter dilectos, in fi. Nunquid autẽ hospitale possit per episcopũ visitari, vide Feler. consil. 16. aliàs. 156. & an possit episcopus exigere iura episcopalia, vide eundem consil. 125.

c Nisi talia] Inquit Pan. nisi habeant ecclesiam curatam, sed hoc debet intelligi vt hic, nam religiosi nõ possunt extra monasteriũ intitulari nisi ꝓpter curam animarum. ca. super eo, de regu.

d Clem per literas] oportet. n. ꝙ papa exprimat expressè per literas, vt ibi, aliter in generali prouisione pro clericis non veniunt hospitalia.

e Et annuatim] Vide in l. orphanotrophos. in fi. C. de episcop. & cle. Et in aut. de ecclesia. tit. in §. ps. col. 9. quæ leges Inquũtur de ratione reddẽda pupillis, & orphanis, sic tenentur rectores episcopis, vt hic, & in aut. de sancti. epi §. ęconomos collatio. 9

f Vt in d. Clem. q̃a contingit] §. illi etiam, vide ibi gl. optimas.

g Militariũ ordinum] Vt s. Ioã. Ierosolomitani, & S. Mariæ Teutonicarum, & huiusmodi.

Hostiensis

HOSTIARIVS dicitur idem, quod ianitor. Nam veteri testamento 1. Paralipo.5. Hostiarij electi sunt ad custodiã templi, vt non ingrederetur in illud immũdus spũs in oĩ re, vñ hostiarij dicti sunt eo, ꝙ præsint hostijs templi, ipsi tenentes claues, oĩa intus extraq; custodiunt, atq, inter bonos & malos habentes iudiciũ fideles recipiũt, & infideles abijciũt. 21. dis. claros, ĩ fi. & 25. di. plectis, circa prin. ver. ad hostiariũ.

HOSTI seruanda est fides promissa. 23. q. 1. noli. & 22. q. 4. Innocẽs, vbi ponitur exemplum de Gabaonitis, Quod limita, vt infra, Iuramentum. §. 17.

HVMILITAS [a] vera [b] requirit tria. Primũ suijpsius nihilationẽ, hoc est quod reputet se omnibus viliorẽ. Et licèt cognoscat se habere aliqua dona dei, quæ alij non habent, tantò magis dẽt inuilescere, cogitans, ꝙ si deus talia alijs dedisset, gratiores deo essent, q̃ ipse. Et sic cum veritate potest se æstimare viliorem omnib⁹, & magis ingratum, & hoc est quod voluit dicere Beda in homel. sabbati iij. Dominicæ Quadrag. Cum alium, inquit, peccantẽ conspicimus, mox animum deorsum inclinemus, & q̃ abiecti ex nostra fragilitate sumus, si nos diuina pietas nõ sustentet, humiliter inspiciamus. Hæc ille, & Ioan. 13. cũ feceritis hæc omnia, dicite, quia serui inutiles estis. Idem Lu. 17. q. d. ex consideratione humili obligationis, quã habemus, quia cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum secundùm Greg. Secundùm promptam aliorum obtemperationem, vnde de ieiun. c. nisi cum pridem, post prin. tunc veram humilitatem ostendis, cum per eam locũ sublimẽ effugies, & tantùm per obedientiam nõ dimities, nam vera humilitas facit, vt quisque, magis alijs de se credat, quàm sibijpsi, qa dicit Gre. si se meliorẽ alijs non crederet, nequaquam aliorum consilia suę deliberationi postponeret. Et hoc verum in omni dubio, quod potius debet alijs credere, quàm suæ opinioni; secus in alijs. Tertiũ, quod requirit humilitas, est, vt dona dei, quæ in se habet, abscõdat, & se solùm vilem ab extra demõstret, nisi inquantũ honor dei, & bonũ proximi aliud requirit, nam non esset humilitas, quando pro salute proximi & ad ędificationem animarum, posset ostẽdere, & p̃dicare dona dei, quæ habet, si occultaret, qa dicitur Matth. 5. Luceat lux vestra &c. Non tamẽ debet magis vilescere in apparẽtia, quàm importet cõditio sua, & qualitas respectu eorum, cum quibus viuit, quia sic potius esset superstitio, quàm humilitas. 41. di. c. quisquis rebus, in prin.

IACTANTIA [b] ꝓpriè importat, ꝙ hõ verbis se extollat ẽm Th. 2. 2. q. 112. ar. 1. Et patet ex ca. imitare. [c] 6. q. 1. Et procedit ẽm Gre. in li. 23. moralium. Aliqñ ex superbia, sicut ã cã interius motiua, qa ex hoc, ꝙ quis per arrogantiã interius supra se eleuatur, plerunq; exterius maiora q̃dam de se iactat, & propterea ponit a Gre. ibidẽ tertia spẽs sũpbiæ, licèt nõ sit idẽ, qđ superbia, sed est tanquam a cã impellente. Aliqñ verò procedit ab inani gloria, sicut a causa finali, in quantum, scilicet iactator intendit, ꝙ per suam iactantiam gloriam consequetur. Et ideo ponitur etiam a Greg. filia inanis gloriæ ratione finis, vt no. Alexan. de Ales. 2. 2. titulo eodem.

1 Vtrum Iactantia sit peccatum mortale? ℞. vt colligo ex Alex. & Th. vbi supra, quòd sic quadrupliciter. Primi duo modi sunt, inquantum consideratur ex se. Secundi duo, inquantum consideratur ex causa, vel fine, Primò est mortale peccatum, qñ iactator profert, quod est contra gloriam Dei, sicut ille, de quo Exech. 28. Eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, tales sunt, qui iactant se suis meritis habere aliqua dona Dei, vel a se habere, vel illi, q de peccatis mortalibus, quæ fecerunt, vel non, iactant se, vt strenui videantur, vel ẽt laudant alios, & iactant de peccatis mortalibus, quæ fecerunt, vt no. gl. in cap. Sunt plurimi. 6. q. 1. Secus esset de veniali, [d] qa non est cõtra deum. Secundò est peccatum mortale,

[a] Humilitas] De humilitate, vide S. Th. 2. 2. q. 161.
[b] De exẽplo imitãdæ humilitatis D. N. Iesu Chri, Cat in art. fidei, Passus sub Põ. Pila. c. postremo. Diu. Amb. đ offi. lib. 1. c. 18. P. V.
[c] Iactãtia] Est vitiũ, quo qs se extollit sup illud, qđ est, vel qđ homines opinãtur, de eo vide S. Th. 2. 2. q. 112. cũ seq.
[d] Imitar.] Et viđ Arc flo. 2. par. ti. 4. c. 4 in princ. & idẽ dicit, qđ hic.
[e] Veniali] Sicut siqs laudaret aliquẽ, vl̃ seipsũ de mẽdatio iocoso, vel officioso &c.

a Cõ q3] De his vide i sum. Arc. Flo.tit.4. & c.4. vbi pulchrè.
b De œconomo instituendo sede epali vacãte Tri. Sin.ses.24.c.16. de ref. P. V.
c De Ieiunij vir tute Tri. Cõ. ses. 12.& 25. de dele ctu cibo vbi cõ mẽdatur. Huc ad dę q̃ ĩ. annotata sunt ad vocẽ Gu læ. Petrus Ven.
d Et disciplinis] Vel abstinentijs ab aliquo dele. ctabili. Aliud dr̃ ieiuniũ, s. mode. rata refectio, de quo de consecr. dis 5. sint tibi,& c.nõ dico. Et hoc quolibet die im plendum est, & tangit Ric. in 4. di.15. ar.3. q.6.
e Et pot⁹] Illud ieiunium a dño fuit institutum i paradiso, vt pa. tet Gen. secũdo, & postea sanctis cauit illud. 40. dieb.& 40. nocti bus,& dr̃ ieiuniũ a quodã intesti. no sic vocato, qa vt plurimum est vacuum, & exi. nanitum.
f Abstinẽdum] Q̃d gl. in ca. sint tibi, de cons. dis. 5. damnat, dicẽs per illũ tex. quo tidie prãdere, vn de, inquit, nõ dẽt ꝑ totũ diẽ absti. nerẽ, nisi fortè q̃d faciũt Sarraceni.

mortale, q̃n iactantia est contra charitatẽ proximi, sicut cum quis iactando se prorumpit in contumeliã ꝓximi, sicut phariseus, Lu. 18. non sum sicut cęteri, ve lut & hic publican⁹; aliàs aũt iactare se de eo, quod non est ꝯ gloriam dei, vel charitatẽ proximi, ex se est veniale. Tertiò est mortale peccatum, q̃n procedit ex tali superbia, vel vanagloria, quæ sit mortale peccatũ. Si verò nõ erit mortale peccatũ talis sup̃bia, vanagloria, sic nec iactãtia ex eis procedens. Quomodo autẽ superbia, vel vanagloria sit mortale, vide, superbia, & vanagloria. Quartò ẽ mortale, q̃n ꝓcedit per appetitũ lucri in dãnum proximi notabile, sicut cum quis se iactat magnum medicum, aduocatum, peritũ, multas sanitates facere, sicut Cerretani, & huiusmodi, qui sal sè in nocumentum proximi se iactant; secus, si non esset in nocumentum proximi, qa esset veniale peccatum. Intellige ẽt, si sit nocumentũ alicuius importãtiæ, qa id, q̃d minimũ est, rõ apprehẽdit quasi nihil. 2. ph. nisi intenderet etiam nocere in multo, si posset.

2 Vtrũ iactantia possit esse in factis, sicut in dictis? ℞. propriè nõ, sed ęquiualenter sic, sicut cum quis a in vestibus, in equis, in domibus, in conuiuijs, in familia, in pulchritudine, & huiusmodi, vt appareat diues de magna domo, & nobili prosapia, & huiusmodi, & sic erit mortale peccatum, sicut iactantia in dictis, si prędicta, quæ facit sint contra gloriam Dei, & charitatem ꝓximi. vel ex superbia, & vanagloria mortali, vel in deceptione proximi.

ICONOMVS b dicitur, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur, vt 89. di. quia in quibusdam. facit. l. iubemus, C. de sacr. san. ec. & idem est iconomus, quod sindic⁹, & debet esse clericus, non laicus, vt patet in d.c. & c. iudicatum, ibidem, & in c. quoniam in quibusdam. 16. q.7. de quo dic, vt ℨ. laicus. §.1. Sed aduerte, ꝙ est differentia inter actorem, procuratorem, & sindicũ, seu iconomum secundùm glo. in c. si quis erga episcopum. 2. q.7. quia actor constituitur a nõ domino, & autoritate iudicis, & ad prę'entes lites tantũ, procurator verò semꝑ a vero dño ꝯstituit̃, siue ad vnam litem, siue plures, siue p̃nres, siue futuras. Sindicus aũt, siue iconomus ab vniuersitate ꝯstituitur, seu a collegio, & ad vnã cãm, & plures & p̃ntes & futuras, & autoritate epi, de iura. cal. c. imperatorũ. in fi. canõ tñ oẽs administratores ecclesię vocat ꝓcuratores. 1. q 3. salutator. vide gl. ibi. in versi. in subiecto, & in d.c. imperatorum, cũ suis allegationib. tenet tñ Pau. in d.c. imperatorũ ꝙ si ad vnam certam cãm solùm constituitur, quia est res modici præiudicij, ꝙ põt fieri sine autoritate superioris, aliàs non.

IDVLIA c est quędam reuerentia, siue adoratio, de qua supra adoratio ꝑ totũ.

IEIVNIVM d s̃m S. Bo. in 4. di.15. parte. 2. ar. 1. q.4. dicitur communissimè pro abstinentia ab oĩ mortali, Isa. 58. nonne hoc est ieiunium, quod elegi, dissolue colligationes colli tui. Et de cons. di.5. ieiunium illud magnum, & generale &c. Dicitur etiã cõiter oẽs afflictio, q̃ consistit in vigilijs, flagellis, & disciplinis, e ꝓpriè ãt dr̃ ieiuniũ afflictio carnis per subtractionẽ cibi, & potus f facta s̃m institutionem ecclesię. Et sic diffinitur ieiunium s̃m Gof. est subtractio prandij, & post cęnã cuiuslibet cibi priuatio vsq; in diẽ sequentẽ, & abstinentia a carnibus, & trahentibus sementinã originem ab ipsis, vt a lacte, caseo, & ouis. Elicitur hęc diffinitio. 4. di. c. denique, & ponitur a Pa in rub. de obseruatiõe ieiuniorũ, ꝓ cui⁹ declaratione quærunt̃ dubia infrascripta.

1 Vtrum sit aliqua hora determinata, in qua in diebus ieiuniorum sit comedendũ? videtur ꝙ sic coena, ibi, Post cęnã, ergo vsque ad coenã est abstinendum f sed breuiter notandum est, quod in iure nulla hora

ra

Et proptereà dicit idē Pan. putarem, ꝙ aliquid comedere pro collatione de sero magis ad sustentationem naturę, quam ad delitias, non sit peccatum, nec frangeret ieiunium, dummodo fiat ſm consuetudinem loci, & tēperatè; hæc ille. facit pro hoc, qđ not. Innoc. in d. rubr ꝙ prandere pluries in die ieiunij est p consuetudinē approbatā ecclesię: & sic videtur sentire, ꝙ non sit de iure specifico. Item Inn. dicit ibidem, ꝙ Cistercienses fecerunt statutum, vt seruiētes alijs aliquid sumant in die ieiunij, & licitè. Item ꝙ seruientes dominis, qui faciūt credentiam,[a] non frangūt ieiunium. Mihi verò videtur, ꝙ opinio, quæ tenet, ꝙ solùm semel debeamus comedere, sit verior, si non verba, sed mētem legis volumus amplecti, in ca. quadragesima,[b] de cons. di. 5. Et ideo concludo, ꝙ comedens plus, quā semel in die aliquid eorum, quæ communiter in cibum solent sumi, vt panē, fructus, & herbas (quia etiam sancti herbis vsi sunt pro cibo) frangat ieiunium,[c] nisi comestio ordinetur poti⁹ ad medicinam, quàm ad cibum respectu intentionis comedentis, & principaliter ex modo, & quantitate sumptum ad id ordinetur, licèt consequenter aliqualiter nutriat, vtputa quia indigens potu, & timens, nè dilauet stomachum, & noceat, aliquid sumit, siue sit electuarium, siue etiam panis, vel fruct⁹, & huiusmodi pro euitando nocumento potus, non ad sustentationem, quòd nō frangat ieiunium. nec restringo me solùm ad electuaria (vt quidam) sed (vt dixi) ad panē, fructus, & quodcunque aliud, quod sumitur per modū medicinæ, ar. c. ad eius. 5. dist. & hoc etiam videtur tenere Pet. de Palu. in quarto.[d] Conuenientius tamē est a pane abstinere, cum sit principalior cibus in vsu, nisi sit alteratus,[e] & nisi sit carentia alterius rei. nec ob. ꝙ talia nutriant, quia ſm Tho. in 4. dist. 15. ecclesia non attendit in statuendo id, quod quocunq; modo nutrire potest, sed id, quod principaliter ad nutriēdum ordinatum est, hęc ille. Et sic tene, quia finis legis non frustratur ex huiusmodi sumptione.

4 Vtrum pluries bibere vinum, vel aquā frangat ieiunium? Respon. Innoc. in prædicta rubrica quòd non, siue ante pastum, siue post. Posset tamen secundùm Ricar. in quarto, distinct. 15. artic. 3. quęstio. 7. frangere ieiunium, quando vellet quis in mane bibere vinum, vel ceruisiam non ad extinguendum sitim, sed famem. Similiter etiam non frangit ieiunium, qui etiam ante pastum comedit ficus, aut polētam, aut aliquid huiusmodi per modum medicinæ, nè deficiat in die ieiunij secundùm Petrum de Pal. in 4.

5 Quibus cibis frangitur ieiunium? Resp. secundū Ric. vbi supra,[f] ꝙ per esum carnium, & sic transeunt communiter doc. in pręfata?[g] Ꝧ. Arch. in c. rogationes, de cons. dist. 4. Facit, d. c. denique, & c. cōsilium, co. titu. De ouis vero, & caseo, & alijs lacticinijs Goffre. in pręfata diffinitione videtur tenere, ꝙ similiter frangat. Innocen. in præfata rubrica dicit, ꝙ potest statui, vt propter penuriam piscium vtamur istis & lacticinijs in alijs ieiunijs præter quadragesimam. Tu dic ꝙ cum non habemus tex. expressum, qui oua, & lacticinia prohibeat nisi solùm in quadragesima; vt in d. c. denique, ꝙ consuetudo seruanda est in alijs ieiunijs extra quadragesimam, secundùm Ricar. vbi supra. quæstio. 5. & Pan. in d. rubrica. Facit d. capitu. vtinam, & est cōmunis opinio. Et ideo possunt comedi, vbi cōsuetudo est in omnibus ieiunijs pręter quadragesimæ ieiunia; aliàs non licet, non tamē dicerem frangere ieiunium, qui

a Qui faciūt credentiam] Etiā si carnes gustarēt.

b Ca. quadragesima] Qđ ſm Pa. facit, vt alijs diebus, q̄ dominicis, semel comedamus i ieiunijs.

c Ieiunium] Idē tenet Ri. in 4 di. 15. ar. 3. q. 6.

d Pet. de Palud. in 4.] Qui dicit sicut si quis non pp famē, vel voluptatem, sed ꝓ timore, nè deficiat ꝓ anxietate die ieiunij, ficus, aut polentā prælibaret, vel huiusmodi ante comestionē p modum medicinæ, sic nō est fractio ieiunij. & dicit Dire. secundùm quosdā posse circa ieiunia ecclesiæ statui, ꝙ bis, sed parū comedatur i die. idē dic de portantib⁹ enxenia, dum prandēt, licèt itermittant comedere, de his ī. §. 6.

e Alteratus] Rō sūt secundū Th. 2. 2. q. 147. q̄a potius sumitur magis ad alterationem corporis, & digestionē ciborum, q̄ ad nutritionem, licèt aliquo mō nutriat. possunt tamē immoderatè bibentes peccar, & meritum ieiunij ꝑdere, sicut etiam immoderatè comedentes.

f Ric. vbi ſ.] q. 5. vbi sup. & q. 6. vbi dicit comedendo cibos, qui cōiter interdicū tur, est frangere ieiunium.

g Istis] Vide Archi. post Tho. in d. c. Rogationes.

a Qui etiam comederet qua] No. ꝙ quantò ci b[b] est delicatior, siue preciosior tpe Ieiunij, tãtò minus licet, cap. denique.4.di. ex quo videtur dicendum de vtentibus confectionibus. Dicit etiã Rosel. referendo Archie Florẽt. ꝙ excusatus a ieiunio tẽpore quadragesimali, si vtitur lacticinis, vel carne ex voluptate, vel incuria, peccat mortaliter, quia facit contra precepttum ecclesie, Idem in alijs diebus ieiunij ecclesię sine causa legitima.

b Idest lardo] De hoc Pan. post gl. in c. admonere. 33. q. 2 & in ca. ꝓposuisti. 82. di. Pa. in c. cõsuluit, de Iudæis.

c Omnibus sub precepto] Item inquantum pertinet ad necessitatem coertionis peccati, vel satisfactionis in pœnitentia, vel eleuationem mẽtis ad spiritualia secundùm Tho. 2. 2. quæst. 147.

d Vigilia assumptiõis] Dicit Pa. in d. rub. ꝙ in iure non reperitur aliud festum dominæ nostræ habens vigiliam in precepto, nã hoc festum est alijs celebrius, c. fi. de sen. exc. li. 6.

etiam cõmederet oua,[a] & lacticinia extra quadragesimam, vbi consuetudo non est, qñ nõ per gulositatem, sed ex aliqua rationabili causa faceret, nota etiã ſm Host. in sum. eo. ti. ꝙ cuicũque conceditur vsus ouorũ, & casei intelligitur ꝯcessum, ꝙ etiam potest vti sagimine. i. lardo,[b] ar. cap. præsbiter. 82. di. & ibi gl.

6 Vtrum ieiunium cadat sub præcepto? ℞. ſm Ri. in 4. di. 15. ar. 3. q. 2. 3. & 4. qa ieiunium aliquando accipitur largissimè, prout est actus naturæ, & sic quilibet ieiunat ãnte, quã comedat, & isto modo nec est actus virtutis, nec de præcepto. Secundo modo accipitur largè, prout est act[9] virtutis abstinentiæ, s. frænare delectationes gustus ꝑ cõparationem ad cibum ſm regulam rõnis, siue semel comedat i die, siue pluries. Et sic cadit generaliter omnibus sub pręcepto,[c] non intelligas tamẽ, ꝙ semper mortaliter peccet, quando excedit, sed solùm quando ratio virtutis totaliter extinguitur, & hoc est in casibus, qñ gula est mortalis, de quo vide supra, Gula. Tertio modo accipitur propriè, prout abstinemus etiã ab illis, quibus vti possemus, saluo actu virtutis, & sic accipitur in diffinitione præmissa, & omnibus superioribus, & secũdùm communem intelligentiam vocabuli, & isto modo cadit sub præcepto in duobus casibus, s. quando ex iuramento quis, vel ex voto se obligauit. Secũdò qñ ex præcepto ei indicitur ab ecclesia, vel ab alio prælato. Facit. d. c. vtinam, & de conse. di. 5. c. ieiunia.

7 Sed quæro, qñ & quibus diebus ieiunium indicitur ab ecclesia? ℞ ꝙ infrascriptis temporibus. Primò quadragesima tota, exceptis diebus dominicis, vt in c. quadragesima, de con. di. 5. vbi dicitur, ꝙ summa obseruatione est obseruanda, & incipit in quarta feria, quæ præcedit primam dominicam quadragesimæ quò ad sæculares, vt in d. ca. quadragesima. Quò autem ad clericos incipit secunda feria post dominicam quinquagesimæ, vt in c. denique. 4. di. Sed communiter tenetur, ꝙ est consilium, non pręceptum, sed solùm in quarta feria prædicta. Secundò quatuor tempora, vt in c. statuimus. dist. 76. Statuimus, inquit, vt quatuor tempora anni ab omnib⁹ hominibus cum ieiunio obseruentur.

Prima tempora cadunt in quadragesima, scilicet quarta feria, & sexta, & sabbato post primam dominicã quadragesimæ. Secunda cadunt quarta, & 6. feria, & sabbato post pente. Tertia cadunt. 4. 6. feria, & sabbato post exaltationem sanctæ crucis. Vltima cadũt. 4. & 6. feria, & sabbato post festum sanctæ Luciæ, vt patet. in c. de ieiunio. 76. di. & per totum. Tertiò omnes vigilię duodecim apostolorum sunt in obseruatione ieiunij celebrandæ, pręter vigilias apostolorum Philippi, & Iacobi, & B. Ioannis euangelistæ, vt dici t tex. in c. consilium nostrum, eo. ti. in prin. & sunt hę. s. Vigilia sancti Mathiæ, Petri, & Pauli, Iacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Iudæ, Andreæ, & Thomæ. Quartò vigilia assumptionis[d] dominæ, vt in c. 1. e. ti. Quintò vigilia Natiuitatis Domini nostri in d. c. Sextò vigilia omnium sanctorum, & sancti Ioãnis Baptistæ, & sancti Laurentij secundũ Inr. vbi supra, & cõiter doc. nullo tamen iure inuenitur expressum, sed ratione consuetudinis hoc dicunt, quia vt dicit Ri. in 4. dis. 15. ar. 7. q. 8. si in aliqua regione est aliqđ ieiunium consuetum, quod tamen non est pręceptum per ius scriptum, nihilominus obseruandum est ab existentibus ibidem. Facit pro hoc. c. consuetudo, dist. 1. & c. ecclesiarum, & c. in his rebus. 11. di. sed dico ego verum, quando consuetudo habet omnia requisita, de quibus supra, consuetudo. Septimò vigilia pentecostes, vt 76. di. c. de ieiunio, & licèt Gratianus teneat, ꝙ sit de

consilio,

consilio,in §.necessario,ea. di. Tamen verius videtur, ꝙ sit de præcepto ſm gloſ. Io. ibidem in d. §. Et patet euidéter in d.c.de ieiunio.

8 Quid si vigilia aliquarum pręfatarum solennitatũ veniat in dominica? Res. ꝙ in Sabbato pręcedenti ieiunanda est, vt in c.1.& 2. de obserua.ieiu.

9 Quando debet celebrari vigilia sancti Mathię tẽpore bisexti, vide supra, bisextus.

10 Sunt & aliæ vigilię, seu ieiunia indicta ab ecclesia, sed non de præcepto, vt cõmuniter tenetur, scilicet aduentus domini, de quo in d.c. consilium, & rogationes, de quibus in c.rogationes, de consec. dist.3. item. 4.& 6.feria, vt i c.ieiunia, ea.di. & sabbata omnia, vt in c.sabbato.ea.di.

11 Vtrum ieiunia indicta de ꝓcepto ab ecclesia possint transferri de die in die? ℞. ſm Inn.in pręfata rubrica ꝙ sic, sicut dicitur fieri i Francia, vbi sunt ecclesię sancti Quintini, vbi vigilia omnium sanctorum ieiunatur tertio die pręcedenti. [a] Limitat hoc Panor.in d.rubrica, dummodo fiat autoritate epi, ar.c.2.de obser.ieiu.in fin.& bene.

12 Vtrum pręfata ieiunia de præcepto ab ecclesia possint redimi, vel in aliud commutari? Res. Inno.vbi supra, ꝙ non nisi cã, vel necessitas in ieiunante subsit, [b] quod intelligo ab inferiore a papa. Secus est de ieiunio voti, vel pœnitentię, de quo supra, confessio.6.§ 4.& infra, Votum.4.§.1.

13 Vtrum omnes teneantur ad ieiunia indicta ab ecclesia de pręcepto? ℞. Inno.vbi supra, ꝙ sic omnes, qui sunt sanæ mentis, doli capaces, & potentes ad ieiunandum, cum peccare possint, & peccata deflere, vt in c.1.de delic.pue.

14 Vtrum semper peccent mortaliter pręsati, quando soluunt ieiunia ecclesię, quæ sunt de præcepto? Res.gl.in §.alias autem ea demum, in ver.plus accipit.25.di.& cõmuniter doc. tenent quòd sic, si sine rationabili causa quis ea soluat, do. Car.in c.2. de obseru.ieiu.tenet ꝙ non, nisi ex contemptu vel inobedientia hoc faciat, vt pura qa nõ vult se subijcere præcepto superioris. Et dicit hoc tenere Archid.in d.§.Alias. Sed Arc.ibidẽ recitat Io.de Fantu. hoc tenentem. Sed ego distinguo secundùm ꝙ infra dicam, inobedientia in princi.

15 Quę sunt rationabiles causę excusantes a ieiunio? Respond. vt colligo ex Ricardo, vbi supra, ar. 3.q. 4. cum quo concurrunt communiter doc. ꝙ sunt. 5. Prima ætas, vt sunt pueri, qui (secundùm aliquos) vsque ad pubertatẽ excusantur a ieiunio, ar.cap.ex literis, de despon.impube. vel secundùm alios vsque ad plenam pubertatem, quæ est in.16.in muliere, & in 18.anno in masculo, aut secundùm alios vsque ad. 25. annum, arg.l.si quis aliquid, C. de his qui ve.æta.impe.Ho.in c.3.de obseru. ieiu. & communiter theolo.tenent ꝙ vsq; ad vigesimum, [c] alij vigesimumprimum, de officio delegat. Intellige, quòd non tenentur ad omnia ieiunia, sed benè ad aliqua eis commensuranda secundũ augmentum & propinquitatem ad dictũ vigesimũ primum annum, secundùm Tho. in 4.dist. 15. Propterea dico hoc remittendum arbitrio boni viri, vt pẽsata qualitate ętatis ita iudicetur, ar.ca.de causis, de of.delegat.& idem dico de senibus, licèt quidam dicant eos non teneri post annos.55.ar.l. 2.§.fi.ff. de decurio in text. & in gloss. ibidem. vbi excusantur a muneribus personalibus post 55.annum, excepto a tutela, & cura a quibus solùm excusantur. post. 70. annum.C. qui æta l. vnica.

Secũda infirmitas, quia in eis natura debilis est, & cibum necessarium in vna vice si sumerent noceret, & idem dico de debilibus eadem ratione.

Tertia laboriositas, sicut in illis, qui laborando victum acquirunt, seu ratione itineris, vel alio modo non possunt simul cũ labore sufferre ieiunium. aduerte tamen, quòd intentio maioris lucri non excusat secundùm Astea. similiter non excusantur.

a Tertiò die pręcedenti] Ex quo infert Pan. in d. rub.6.q. ꝙ idem posset fieri, quãdo accidit ieiuniũ in festo principali alicuius ciuitatis, vel loci.

b In ieiunante subsit] Vt puta debilitas personę suę proueniat ex defectu naturæ, vel exercitio exteriori, vt i ægritudinib⁹ &c. Vide de hoc Pa. in d.rub.5. q.q2. n. tales longo debilitãtur labore, non possunt ita cõmodè ieiunare. Vnde licitè fit eis commutatio. ar.c.a. præsbiter. 8 1.di in fi. & gl. ibi debet restringi ad casum illi⁹ c. vide etiam in. 15 vbi ponitur, qui excusantur.

c Vsque ad vigesimum] Sicut ante hanc ætatem erant apti ad pugnam, num.2.sic nec ad spiritualẽ pugnã. Itẽ quia talis ætas indiget cibo frequẽtato.

a Nisi causa sit necessaria] Refert Rosel. ꝙ factam est circa istos magna modificatio per do. Eugenium. 4. 1440. qui indulsit, ꝙ artifices laboriosa opera exercentes, & rustici, siue sint diuites, vel pauperes non teneantur ad ieiunandum sub præcepto peccati, & ꝙ absolui possunt, & ꝙ inducãtur ad eleemosinas, & ad alia bona spiritualia.
b Propter scandalũ] scãdalum aũt potest esse, si propter hoc vir procederet ad facta, puta ad verbera, vel propter hoc prouocaretur ad blasphemandum deum, & sanctos, & huiusmodi, qđ sciri posset ex retroactis eius factis, tunc salua conscientia potest talia ieiunia omittere, & obedire marito.
c Non possunt] Idem tenet Ric. vbi supra, ar. 3. q. 4. circa fi. vide Tho. in 4. dis. 15.
d Et huiusmodi] Quid de cursoribus? Dic ꝙ si non possunt itinerando ieiunare, excusantur. Nam eoru vsus est necessari⁹ dominis, & ciuitatibus, & hoc dum sunt in itinere, secus, si quiescerẽt nisi propter præcedentem laborem indigerent, vel haberent itinerare đ pximo.
e Præsertim cõsuetudine] An cõsuetudo non ieiunandi excuset nõ ieiunantes Host. in c. 1. e. tit. dicit, ꝙ nihil potest consuetudo in ieiunijs indictis ab ecclesia. Pa. dicit hoc verum, quãdo cõsuetudo in totũ tolleret ieiunium, secus, si interpretaretur, quomodo sit explendum quò ad cibos, & collationem, & huiusmodi, quia est optima interpres legum, & subdit, si in ieiunijs solennibus papa sciret, & tolleraret etiam consuetudinem cõtrariam non ieiunantium, ꝙ ipsi non peccarent, & dicit esse no. & glo. in d. c. 1. ꝙ valet cõsuetudo ieiuniorum relaxatiua. Idem Pan. ibi, & in ca. vir autem, đ se. nu. Can. hoc est gl. in §. leges. 4. di. vbi dicit, ꝙ non sufficit consensus tacitus, papæ sed necessari⁹ est expressus, & licèt tolleret, dico, ꝙ multa p patientiam tolerãtur &c. c. cum iam dudum, de præb. vnde dubito, ꝙ potius sit corruptela, quia c. quadragesima, se fundat super ius diuinũ, ideo non valet per not. in c fi. de consuetu. Item non potest dici consuetudo, cũ oẽs⁹ non consentiãt, quia multi timorati ieiunãt, vide infra, inobedientia, vbi contrauenientes iuri positiuo per cõsuetudinem cõtemnit interpretatiuè.

tur, qui nolunt conducere operarios, nisi ieiuniũ soluant, nisi causa sit necessaria[a] ſm Asten. quæ festinãtiã requirit. Quarta mendicitas, quando cibum necessarium in vna vice habere non possunt. Quinta qualitas mulieris prægnãtis aut nutriẽtis, ex appetitu extraneo, aut nutrimento fœtus nõ possunt ieiunare sine periculo vel earum, vel fœt⁹, seu pueri, non solum excusantur, imo tenentur soluere ieiunium secundùm Rodo vnde dicit sanctus Th. in 4. di. 15. ꝙ subtractio cibi per ieiunium, si impediret ea, quę necessariè sunt agenda, cum quibus conuiuit ex societate, vel officio tenetur, non esset licita, sed diceretur rapina.

16 Sed nũquid seruientes mensis nobilium, aut legẽtes ad mensam religiosorũ qui aliquid prælibãt, nè deficiant in legẽdo, vel seruiendo, soluunt ieiunium? ℞. Ro. ꝙ non, si hoc faciũt positis mensis, vel parum ante, ita, ꝙ pp continuationem temporis dici debeat totum vna mensa, idem dicendum de illis, qui iam incæpto prandio portant encenium ad vicinũ, vel aliquid aliud faciunt, & postea redeunt ad comestionem perficiendam.

17 Vtrum vxores propter prohibitionem virorum excusentur? Respõ. secundùm Inn. in Rub. de obser. ieiu. ꝙ non a ieiunijs indictis ab ecclesia, sed a volũtarijs sic 33. q. vl. manifestum, credo tñ, ꝙ presbiter proprius propter scandalum[b] viri, cui aliquo modo nõ potest obuiari, posset dispensare cũ eis, ar. ca. constitueretur, in fi. l di. quia præceptum iuris positiui nõ obligat quẽ eum scandalo ar. 2. capitu. de noui ope. nun. & cap. nihil, de præscriptio.

8 Vtrum peregrinãtes ex deuotione excusentur? ℞. ꝙ sic, si talis peregrinatio nõ potest differri, & simul cum ea ieiunare non põt.[c] Nec ob. ꝙ præceptum dẽt præponi consilio, quia secundũ Asten. intentio dãtis huiusmodi, præcepta non est excludere alias pias causas, & magis necessarias, secus est de præceptis legis naturæ, quæ prohibẽt hoc, ꝙ secundùm se est malum idem. S. Tho. vbi supra, & addit, ꝙ debet fieri cum dispensatione superioris, idẽ dic de qnacunque alia operatione bona, vtputa obedientia prælatis prædicatione, auditione confessionum, & huiusmodi,[d] ar. cap. non mediocriter, de conse. dist.

17 Quæritur si aliæ causæ a prædictis possint assignari, quę excusent a ieiunio indicto ab ecclesia? Respond. quòd sic multæ. Et ideo tam in præfatis causis, quã in alijs est notandum, quod si causa sit euidens, ex qua nõ potest ex toto ieiunare, licitè homo per seipsum potest frangere ieiunium præsertim consuetudine[e] interueniente, vel quando recursus de facili nõ potest haberi ad superiorem, ar. præfati. capit. consilium. Si verò sit dubia, vel non ex toto tollit facultatem ieiunandi, sed solùm in parte,

a Pôt dispẽsare] Imo de causis te netur eps dispen sare,ar.c.vt cõsti tueret, & c. dño sancto.50.di.ita Pa.in d.c. consilium.
b Respõ.ꝙ licèt tex.] vide.7.votum.4 § 3.

parte,vtputa debilitas, vel peregrinatio,aut labor, & huiusmodi, debet ad superiorem recurri, qui potestatem habet in talibus dispensandi secundũ Asten.

20 Quis est superior, qui possit in hoc dispẽsare? ℞. Host in c.consilium,de obserua.ieiu.ꝙ est Episcopꝰ,nec sufficit licentia simplicis presbiteri etiã ex iusta causa, nisi summa necessitas immineat, ita ꝙ ad epm non possit haberi recursus sine periculo. Rod.aũt dicit arbitrio boni viri limitandum pro quãta necessitate sit frangendum,potius, q̃ per doctrinam generalem. & sic cum proprius sacerdos sit ordinariꝰ iudex conscientiæ, videtur,ꝙ ipse possit. Ego verò credo,ꝙ si loquamur de dispensatione, quæ est quædam relaxatio iuris,ꝙ tũc pertinet ad episcopum solum, qui causa subsistente in ieiunare debente potest dispensare, & in aliud bonum commutare talia ieiunia. Et causa legitima est debilitas personæ,siue proueniat ex defectu naturæ, siue laboris,ar.dicti.c.consilium, in fi. Si verò loquamur de declaratione, s. vtrum sit causa legitima, vel non, sic credo sufficiat illa confessoris proprij,qui est bonus vir,& etiam consilium medici,sed medicus peccat, si sine rationabili causa, vt frangat,consulit, arg.c.quid culpatur. 23. 1. Et sic intellige Rod.

21 Vtrum non ieiunans vno die teneatur altero die ieiunare? ℞.ꝙ licet text.[b] ca. 1. de obserua. ieiu. videatur velle,ꝙ sic,qua si sit obligatus ad duo scilicet ad ieiunandum,& illo die. Facit etiam ad hoc in ar. c. cum dilecti, cum notatis in glo. in ver. duo sub hac forma,de dolo, & contu. Tamen per ca.2. de obserua.ieiu.ego teneo, ꝙ non tenetur, quia ibi non imponitur frangentibus, vt alio die ieiunent.facit ad hoc not.Inno.in c.1.de cele.mis. de illo, qui dimisit officium, ꝙ non tenetur illud reassumere,quasi sit seruitus cuiuscunque diei,& variaretur ex tempore. Nam si teneor pręstare operas certo tẽpore, & impedior, non sum obligatus alio tempore, quia non sunt eædem operę, sed variãtur ex tempore, vt est text.not.in l.si non fortem.§.libertus,ff.de cond.inde. Item si relinquitur mihi vsusfructus per biennium futurum, & impedior non possum petere vsumfructum alterius biennij, quia nõ est idem vsusfructus.l.si vsusfructus mihi, ff. de vsu,& vsufru.lega.& tex.c.1. debet intelligi de translatione fienda ex causa propter solennitatem. hæc omnia ponit Pan. in c.1.de ob.ieiu.

22 Sed nunquid totiens peccat mortaliter,quoties comedit in die ieiunij facti sine causa? Res.Io.de Neapol. in quol.tenet, ꝙ sic, quia videtur reduci ad præceptum negatiuum, sed magis placet opinio Durã di in 4.ꝙ non,nisi semel,nisi comedens nouo contemptu mentis pluries comederet, quia tũc toties peccaret mortaliter. Et hęc est cõmunior opinio,aliter obligaretur ad impossibile,quia ex quo semel ieiuniũ fregit, iam illud non potest amplius facere illo die. Et ideo præceptum est sibi factũ impossibile. Secus esset de ieiunio quadragesimæ,quia licèt fregerit vno die,potest tamen ieiunare, & tenetur altero die, & sic quot dies omittit in quadragesimã,tot peccata mortalia committit.

23 Vtrũ liceat ieiunare in dñica,& alijs festis solennibus? ℞. ꝙ sic, nisi quis faceret quasi volẽs deuiare a consuetudine populi Christiani,quia turpis est omnis pars, q̃ suo toti non congruit,potest etiam esse illicitum ſm Tho.vbi supra, si adeo pertinaciter ieiunium teneret, ꝙ non crederet ꝑ deuotionem festi vtilitatem ieiunij compensari posse. Idem dic,quando ex alia superstitione hoc faceret.

24 Vtrum ieiunium factum in peccato mortali prosit? ℞. ꝙ sic quantũ ad obediẽtiam mandati,si est præceptum ab ecclesia vel ex voto, & huiusmodi. Secundò valet ad macerationem. Tertio ad omnia alia valet, ad quæ valent opera facta extra charitatem, de quibus infra, satisfactio. §. sexto.

25 Diuersis intẽtionibus ieiunatur, vnde versus. Abstinet æger,egens,cupidus,gula, simia,virtꝰ.æger,vel quia nõ pt comedere, vel ꝑ medicinã,egens,quia non hẽt, cupidus,nè expendat. Gula,vt postea auidius comedat. Simia, idest hipocrita, vt laudetur,virtus,id est virtuosus,vt mereatur.

IGnorantia. a Alia bona, qua quis ignorat ea, quę ei esset occasio peccati vt in ca. quāuis,b di. 38. Alia neque mala, neque bona, qua qs ignorat, q̄ scire expedit, & hęc mutiplex ē; Alia iuris, alia facti. Ignorātia iuris, alia iuris diuini, alia iuris canonici, & ciuilis, & de istis scribit. 38. di. in summa, & 1. q. 4. §. vlti. in tex. & in gl. hic autē non intēdo tractare de ignorantia facti, qa hæc excusat, vt in regula, ignorātia, lib. 6. sed de ignorantia iuris, pro cuius declaratione quęruntur plura.

1 Vtrum ignorātia mala sit peccatum? Respon. quòd aut ignorātia dicit priuationē cognitionis necessarię ad salutem, & sic secundū Sanctum Bona. in. 2. di. 22. q. pen. potest esse dupliciter. Primò ita, quod est in nobis, sed non a nobis, & hoc modo culpa non est, & cum non simus eius principiū, in ipsa nec meremur, nec demeremur. Secundò ita, ꝙ est in nobis, & ex nobis; & hæc ignorantia est culpa, & hęc fit tripliciter. Primo modo, cū sumus in via veritatis volūtariè ab ea recedimus in viam erroris nos præcipitantes, Et hæc est ignorantia erronea, vt in hęreticis. Secundo modo, cum ad viā possumus pertingere veritatis, cupim⁹ in tenebris esse, Et hęc ē ignorantia affectara. Tertio modo, cum ex quadā pigritia, & negligentia non curamus veritatē addiscere, & hęc dicitur crassa c & supina. Sed prima maior culpa, quàm secunda, & secunda, quàm tertia. Et hæc dicitur in c. ignorantia. 37. dist. & in d. §. Si verò ignorantia dicit priuationem cognitionis eorum, quæ non sunt necessaria ad salutem, sic non est peccatum, vt 22. quæstione, in cap. in quibus rebus.

2 Sed quæ sunt d necessaria ad salutem scire? R. secundùm Tho. 1. 2. q. 128. quòd omnes tenentur scire communiter ea, quę sunt fidei, & vniuersalia iuris præcepta. Singuli autem ea, quæ ad eorum statū, seu officium spectant.

3 Vtrum ignorantia excuset aliquē a peccato? R. secundùm S. Bonau. vbi supra. q. vltim. ꝙ si tanta sit, ꝙ priuet rationem voluntarij, & rationem contemptus, excusat à toto, sicut est ignorātia inuincibilis, quæ priuat simpliciter cognitione iuris, sicut in furioso, & in infante, nisi in talem ignorantiam venisset ex culpa sua, quia tunc excusat a toto, sed a tanto, de quo dic, vt supra, Ebrietas. §. 3. Item dic secundùm Tho. in quolib. de eo, qui habet sufficiens impedimentum, propter quod scire non potuit, puta fuit in carcere, vel in terris, ad quas constitutio papę non peruenit, & huiusmodi, ꝙ non peccat faciens contra constitutionem. Si verò ignorantia omnino non priuat rationem voluntarij, & rationem contemptus, sic distinguo secundū Ricar. eadem di. & li. ꝙ aut est ignorantia commissionis, qua quis non vult scire, vt liberius peccet, quæ dicitur affectata, & sic nec excusat, nec alleuiat peccatum. Aut est ratione omissionis, qua quis negligit scire, quæ tenetur, quę satis faciliter potuisset scire, & hęc dicitur crassa & supina, & hæc excusat a tanto, scilicet quòd non est tam graue peccatum, sed nō excusat, quin sit mortale, si est circa ea, quæ sunt præcepti diuini, aut naturæ. 24. quę. 1. si quis dederit, e & 37. dist. c. qui ea. Si autem sit circa ea, quæ sunt præcepti iuris positiui, sic credo, ꝙ aliquādo excuset a mortali secundùm eam distinctionem, de qua dicam infra, Inobedientia. Et secundùm prædictam intellige, quod dicitur. 6. q. 1. quęro, & 25. quæst. 1. c. schisma, f & 32. quæst. 7. quemadmodum. 28. q. 1. §. ex his secundo, & est sub c. omnes, & dicitur ibi, ignorantia, quę est culpa, nocet.

a Insciens est hō, & sic indiget adiumēto diuino, Cat. in ora. dom. ver. & ne nos inducas. P. V.

b Quāuis] Glo. ibi dicit, bonum est ignorare mala. 32. d. c. hospitiolum.

c Crassa] Qñ qs de facili potuit scire, & non curauit indagare. sicut. n. supinus pt videre, q agūtur eleuando caput, & crassus, qñ respiceret ad pedes, ita & similiter ille, qui potuit scire, & non curauit, vr esse ignorātia crassa & supina, & not. ꝙ ignorātia crassa & supina, & latissima culpa cōparantur sciæ, et in pœnis delictorū, p hoc ē tex. i c. 1. in fi. de ordi. ab epo, q remun. episc. licèt regulariter i delictis lata culpa nō cōparetur dolo, de quo i c. si de cōs. tū latissima culpa benè æquiparat, vt c. apostolicæ. de cle. exc.

d Cat. in pfatorijs capitib. operis, & in singulis ei⁹ partib. P. V.

e C. si qs dederit] Exemplū de eo, q dat, aut accipit cōionē de manu hæretici, nesciens ecclesiā ɔdicere, qd postea intelligens, dēt p vnū annū pęnitere; & sic loquitur de his, q possunt, & negligunt scire.

f C. schisma.] Glo. dicit, ignorantia. n. viris nō excusat in articulis fidei.

a Obligari] vide de his 3. exc. 7. casu vlti. §. 3.
b Contra] ibi e gl. in ver. acerrimo, & in ver. affectato.
c Imputat] Inn. in c. constitutus, de ap. vide. 3. a iuocatus. §. 12. & 14. cū apostil. 3. medicus. §. 1. & 3. scientia. §. 1.
d In lege Dei] Vt nō facies furtum, nō occides, & huiusmodi.
e Naturæ] vt diliges dñm Deū tuū, &c. Et qcunque vultis, vt faciant vobis homines. &c.
f In cle. eos] De qua vide, 3. exc. 7. casu. 41. § 1.
g Explicitum] Exemplū i locis Genuensib. montib⁹ Florētinis, & imprestitis Venetiarū. Item in Sētib an sint vsurarij, vel simulati, de quib. disputant doc. vide 3. præscri. §. 4.
h C. merito] Vbi scies nō peccat, & declara, vt in glo. fi. ibidem.

debitę in purgatorio, vel impositę à sacerdote in pœnitentia, dico, quòd indulgentia tantum dimittit, q̃tum sonat, dummodò ſm S.Bo.& S.Th I.4.di.20. homo faciat, q̃đ sibi imponiť ſm quod eū decet facere, vñ, si pauper dat vnū denariū, ſm q̃đ ei ꝯuenit dare, habebit indulgētiā q̃ datur porrigētibus manus adiutrices, sicut diues, q dat vnū ducatū, sed nō ē ꝑrio, qa si diues vellet dare vnū denarium, non censebitur porrexisse manus adiutrices, & sic non habebit tantū de indulgētia, sicut nec rex diceret auxiliū dedisse alicui dādo obolū, sed ſm q̃đ ꝯuenit regi datū. Similiter si pp honorandam ecclesiam datur indulgentia visitantib. ęquè habebit eā, q de ꝓpè, sicut qui de lōgè venit, dūmodo visitet sicut ei conuenit, scilicet non furtim, non sine societate magna, si est dominus, & huiusmodi; aliter nō tantū habebit, & hęc opinio saluat ecclesiā, vt nō prędicet falsa, qa verā dat indulgētiam, vt sonat, concludit rōnabilitatē, vt intelligatur, φ id quod imponitur, debet fieri, ſm quod ꝯuenit faciēti, & excludit dissipationē thesauri, dū pręsupponit rationabilē largitatē in dispēsatore. Addit tamē S. Bo. a vbi supra, quod licèt homo nō faciat, quod iniūgitur in indulgentia, secūdùm quod eum decet, φ propterea nō debet dimittere, quin faciat illud, ſm φ sibi placet, qa licèt non habeat tm̃ de illa idulgētia tñ plus habebit đ remissio ne pœnę ꝓ tali facto, q̃ nō haberet ꝓ alio simili (cęteris paribus) facto, vbi non datur talis indulgentia. Inno. & Host. tenent, φ dummodo quis faciat, quod imponitur, eam habebit; sed magis placet opi. S. Bonauē. nec per hoc sequitur, φ homo debeat dimittere alia opa meliora, vel satisfactoria, & hmōi solū intēdere, qa licèt istæ plus dimittāt de pęna, aliæ tñ sunt magis meritoriæ pmij essentialis, q̃đ est meli', & præseruatiuæ a recidiuo, & subiugatiuæ carnis dñio rationis. Aduerte hic, φ aliqñ dř, Damus indulgentiam omniū peccatorū, vel centum annorum de pnīa sibi iniuncta, qa tunc solùm remittitur pœnitentia imposita a confessore, & ideo si moreretur nō statim euolaret, qa non imponitur æquè cōiter. Aliqñ dicitur, Damus indulgentiā omnium peccatorū, de quibus contriti & ore confessi sunt, & sic oblita non remittuntur vel ignorata. Aliquando simpliciter datur remissio omniū peccatorum, tunc si nullū peccatum post cōmiserit, statim euolaret ad gloriā, si moreretur. Intellige etiam φ opi. S. Bon. prædicta non intelligitur, qñ indulgentia datur sic, Damus indulgentiam cuicunque dicenti decem pater noster, vel danti vnum ducatum tali loco, & hmōi, quia in talibus non requiritur condecētia personæ, vel status, sed effectus operis impositi, sed intelligit S. Bona. quando imponitur aliquid generaliter, quia tunc intelligitur, φ illud debet impleri, secundùm φ facienti conuenit. Nota etiam, φ isti anni, vel dies indulgentiæ non sunt anni cœli, vel purgatorij, sed anni huius vitæ, quod est dicere, φ tantùm dimittunt de pœna, quantùm si per annum, vel per tot dies fecisset pœnitentiam.

3 Sed quæro, vtrum dies isti, vel anni indulgentię sint vtiles, vel continui? ℞. Hostien. b c. cum ex eo, de pœ. & re. & sequitur Pa. ibidem, ver. sed quęro, φ dies erunt vtiles, ann' verò cōtinuus. Vult dicere, φ si sacerdos imposuit alicui, vt ieiunet. 40. dies siue continuè, siue interpellatè accipiendo indulgentiam. 40. dierum, erit absolutus. Si vero debet agere pœnitentiam per annum, qualiscunque sit illa pœgitentia, puta ieiunandi per annum qualibet septimana bis, vel ter, quòd illa solummodo tollitur

a Et plantare] In fine ibi, & tenorē priuilegiorum nostrorum.
b Io An.]Ibi recitat Arch. tenentem, ꝙ quotiens qs facit actū, ꝓ quo datur indulgētia, totiēs hēt, seu ɔsequitur eā: idō, quotiēs quis intrat ecclesiā, totiēs hēt indulgētiā. De hoc supplementū, e.§.5. Et Ros.eo. §. 12.
c Excessū]Nō ē, quia regulariter vtile per inutile viciatur, de reg. iu. vtile. Eō maximè, qa hic agit de re separabili, s de numero dierū. vnde nō viciatur vtile ꝑ inutile.ff. d aqua quo ti.& estiua.l.i.§. Trebati. Itē qa in liberalitatib. & donationibus dicim, ꝙ tenent ꝓ parte, vsque, s. ad legitimū modū. C. de dona.l. sancim. 12. q.2. c. si quos de seruis, sed hæc ē q dā liberalitas, ergo &c. nec obstat, si dicatur, q. abutitur priuilegio, ꝑdit illud. 11.q.3.c. priuilegiū, qa dr ibi, qd meret ꝑdere. Vñ erit pricipis æstimatio. Itē no. secundū gl. in d.c. cū ex eo, ꝙ si qli betꝯcedat annū, ꝙ valet, licèt agat ꝯ mādatū, cū non sit appositа clausula. ꝙ si secus fecerit, decernimus non valeτs, c. dilectus. 2. de præben.
d Numerū] Ge. ibi allegat multa, & tenet ꝯriū, Ros. e.§.4. tenet ꝙ sic, & placet.

tollitur per indulgentiā anni ita, ꝙ indulgentia nō diuiditur per dies, sed valet respectu anni integri, prout pœnitentia est annalis. Sed ego hoc vltimum credo verum, qñ indulgetur annus de iniunctis pœnitētijs, prout aliqñ dicitur, vt in d.c.cum ex eo. Secus autem credo, qñ simpliciter dat̄ annus indulgentiæ, qa credo sit vtilis, & sic dimittit de pęna debita peccato in foro aię, siue sit imposita a sacerdote siue a diuina iustitia.365.dierum, si est plenaria, statim euolat, si in tali statu moritur, nec purgatoriū sentit s̄m Hos.
4 Quomodo intelligetur indulgentia? ℞. ꝙ certa doctrina non potest dari, sed inspiciantur eius verba, & sic s̄m quod sonant, intellige, ar. de priuil.ca. cum & plantare [a] subintelligūtur tamen aliqua semper, scilicet ꝙ dans habeat potestatem, & suscipiens sit debito modo dispositus, de qui bus infra dicetur, & tertiò ꝙ faciat, quod in ipsis continetur, s̄m quod ei conuenit facere. Item aduerte, ꝙ quando datur indulgentia sic, puta a primis vesperis vsque ad secundas, vel vsque ad octo dies, sic solùm semel habetur, etiam si intrat decies; secus, si diceretur. ꝙ totiens, quotiens qs visitauerit, vel qñ est perpetua s̄m S. Thom. in 4.dist. 20. & Cal. qui allegat.c.1. de filijs presbi. lib.6. & ca. non potest? ℞.2. de prębē. lib.6.& sequitur Io.And. [b] & Ge.in d.ca. indulgentia. Mat.tamen (vt recitat Car. in Cle.1.de priui.) in ver. quibus. 3.q.tenet, ꝙ etiam habebit totiens, quotiens visitat, etiam qñ est temporalis, & sequitur ipse Car. & ī Cle.2.de pœ.& re.ver. Ad hæc q.2.& credo veri.
5 Quis potest dare indulgētias? ℞. ꝙ solus Papa potest dare plenariā, & in toto orbe, quia ipse solus est assumpt in plenitudinē potestatis.d.c.cū ex eo,& 24. q.1.quodcunque. Item legati domini Papæ pñt de iure facere perpetuas indulgentias in terminis suæ legationis, sicut & perpetua statuta, de offi.lega.c.vlt.in tex.& in gl. Item Archiepiscopi in sua prouincia, & episcopi in sua dięcesi, dūmodo non excedant summam dierū. 40. siue sit pro anniuersario ecclesiæ, siue pro quacunq; alia causa.in dedicatione verò basilicæ possunt concedere vsq; ad summam vnius anni,& nō plus, siue dedicetur ab vno Epō, aut Archiepiscopo, siue a pluribus, vt in d.c.cū ex eo,& c.nostro.eo.ti.hoc no.Car.in § ad hęc.4. q. in d.Cle. 2.ꝙ si excedant hūc numerū, non valent, vt in c.indulgentia, de pœ.& reli.li.6. Quod intellige secundùm glo. ibidem quò ad excessum. [c] non quò ad numerum [d] cōcessum, alij autē prælati inferiores siue sęculares, siue regulares, vt Abbates, & huiusmodi, non possunt facere, aut dare indulgentias, vt no.glo.in d.c.nostro, nisi ex speciali concessione, aut priuilegio, vel alia causa legitima, puta præscriptione, & huiusmodi id ei competat, vt in c.accedentibus, de exces. præla. Possunt tamen communicare bona sui collegij. Item sacerdotes omnes in foro pœnitentiæ possunt dare indulgentiam illis, quos pñt absoluere; ita refert dominus [e] Car.in Cle. religiosi, de priui. Aluar.hoc tenentem, arg.c.Deus qui,

e Ita refert]Dicit S.Bo. in 4.di. 20.& Alex. in 4. par.trac.de idulgentijs, ꝙ soli epis ꝯpetit idulgētias facere. Et hoc, qa indulgētię fiūt de thesauro Christi, quem acquirūt epi ex desponsatione sui cū Chro, qui est vir eius,& sponsus, & cui generat filios, & filias, i. psectos & imperfectos, ad quorū educationē Christus vult seruare hæc bona. Et qa, vt in lege scriptū est, ꝙ accipit vxorē fratris sui, vt suscitet semē &c. deu te.25. & 8.q.1.c. olī, dēt succedeꝛ ī bonis eius, illis solis cōpetit thesaurus dispēsandus, q sunt spōsi ecclesiæ, tales āt sunt epi, qui spō si sunt, & habent vim generādi filios,& filias,i.ꝑfectos & imperfectos, idō oēs epi q hñt ꝓlē, pñt facere idulgētias, & præcipuè summus pōtifex &c.

a De gñalibus] Gemi.tenet in c. indulgentiæ,pœni.& re ꝙ sacerdos simplex nō possit . Allegat Host Cal.i repe. c.nostro, eo. Sed tu dic , ꝙ loquit de illis gñalibꝰ, sed nos de remissione pœnæ.
b Limita] Et vide Car.in Cle.1. § ad hæc,de pœ. & re.q. 3. Qui allegat Hos. i sum. eo.§.qs possit,& Arc.i d.c. indulgent. 2.idē tenet Rose eo.§.18. & est Additio.
c Presbiteri]Refert Card.hęc in Cle.si donū, i fi. q. vlt Sed tu vidē eūdē Car. i Cle. religiosi, ver.q. bus,q 2.de priu. & in Cle.2.§ ad hæc.q. 3.de pœn. & remi. & Rose. eodem § 3.
d Pa.verò]versi. nūc venio ad secundā partem & vide qa examinat.Et etiam vide eundem in d. c.cum ad hoc.
e Ab eccla] Rō ē,vt dixi,qa ꝯcessio indulgētię dicit iurisdictionē.
f Vide anno. ad initiū huius vocis. P. V.
g Vide Tri. Sin. ses.21.c.9 de ref. Petrus Vend.

qui,de pęnitē.& remis.Sed tu vide gl. in ver.de sacerdotis, in ca mensuram de pęni.dist. 1. quę hoc tenet. hoc idem tenet Pa.in c. sicut dignum,de homi.1.notabi.in fin.allega. ca.quem pęnitet , de pœ. di. 1. hoc idem tenet Inno. in fi. & Ber. in ver. iudices, in d.c. quod autem;sed de quāto , non determinat, nisi quod Aluar. dicit , quòd potest dare indulgētiam annorū , vel dierum, sicut ei videbitur, dummodo discretè faciat. hoc idem tenet Inn . vt refert , & sequitur Arc. in d. ca. indulgentię.& ad iura, quæ videntur contraria, Res.Archi.quòd est verum de generalibus , [a] aut publicis remissionibꝰ,quas facere non possunt,vel debēt intelligi de pœnitentia iniuncta a superiore, puta Episcopo,quam remittere non potest. a 1.di.inferior. Quod limita [b] secundùm quod dixi supra , Confessio.6 §.4.

6 Quid si pfati prelati non sunt sacerdotes? ℞.Lau. in Clem.si dñi,in fi.de reli.& ve.san. ꝙ nihilominus pñt dare, ar.d.c.qđ autem, de elec.transmissam,licèt Ho. in c.accedentibus,de exce. prela.dicat,ꝙ non dent,nisi sint presbiteri. [c]

7 Vtrum durent post mortem concedentium? ℞.ꝙ sic sm Inn.in c.ꝙ translationē, de offi.leg.& est dictum solenne. facit qđ no.Lapus in c si.de rescrip.lib 6. & sequit Ge.ibidem.facit qđ no.glo. & doctores in c.cum ad hoc, de clericis non residentibꝰ, & Laudanus in Cle.si de elect. & facit ad literas.ꝙ saluusconductus nō expirat morte concedentis,vide glo. singularem in c. cum ex eo,de ele.li.6.Nec ob.l.si.si.de pę. quia loquitur in pœnalibꝰ;quod benè no. Pan.verò [d] in c.si.de offi.leg.idē tenet quò ad indulgentiam, de qua hic loquor . sed de indulgentia,seu licentia, vtputa eligendi confessorem , vel non residendi in beneficio nō, sed tenet ꝙ expirat morte concedentis,vel finito eius officio,nisi sit facta cum causæ cognitione,& consensu sui capituli,quia est in præiudicium ecclesiæ, & sic tene ꝙ in concessione pīudicatiua concessa per inferiores Papæ sine causę cognitione expirat;secus esset,si concederetur à Papa,vel non esset alteri præiudicatiua,& sic concorda doct. Vide Cardi.in Cle.1.de elect.§.quæst.

8 Quid si tales dātes sint in peccato mortali? ℞. sm Host.ꝙ nihilominus valēt propter officium , quandiu tolerantur ab ecclesia. [e] Facit.c.dictum est.1.q.1.

9 Vnde assumuntur [f] istæ indulgētiæ? ℞. cōis opinio doc. tam Theologorum in 4. q̃ Canonicorum in d.c.indulgētiæ,& Cle. vnica,de reli.& ven.san.& in d.c.quod autem est,ꝙ sunt ex abundantia meritorum, quæ vltra mensuram demeritorum suorū sācti sustinuerūt,& Christi.Sed ego teneo cum Fran.de May.in tractatu de indulgētijs , ꝙ cum merita sanctorum sint vltra condignū remunerata a Deo,& sic exhausta, ꝙ solùm dantur ex merito Christi , & passionis eius,cuius minima gutta sanguinis, vel sudoris sufficeret ad expiationem omniū peccatorum, quæ vnquam fuerunt perpetrata,aut perpetrabuntur , quia eius respectu nihil sunt omnia,vt in c. damnamus,circa fi.de sum.tri. quia verè dolores nostros ipse portauit,de cel.mis.c. cū Marthæ,cuius dispensatio tradita est super terram illi , qui curam habet mystici corporis, & clauem totius ecclesię militātis, de transla.c.quanto,& 24.q.1. c. quodcūque .

10 Sub qua forma sunt cōcedendę [g] quęstoribus? ℞. ꝙ sm formam,quæ scribitur in d.c.ex eo .

11 Vtrū præfati Prelati possint concedere indulgētias nō suis subditis? ℞.ꝙ non nisi in duobus casibus. Primus est in c.nostro, de pœ & re.vbi Archiepiscopi ꝯcedūt simpliciter per totā prouinciam,licèt non sint eius subditi, nisi in casibꝰ a iure expressis. intellige tñ,ꝙ non valent,nisi existentibus de prouincia,nō aduenientibꝰ,qui ibi non habent

a Inno.in c. qđ autem] Ibi nihil dicit de hoc, sed benè tenet hoc Ab.ibi vlt.not.
b Guili. verò] 4.par.ti.de pœn. & re.verſi.Itē de pluribus episcopatibus.
c Facit d. ca.qđ aũt] Ibi hoc ſeq tur Ioan An.po. teſt.n.hoc dicere concedo omnib. qui benefecerit huic hoſpitali, quod participes ſint omnium bonorum, quæ fiūt in epiſcopatu meo. Et vide.S. Bon in 4 diſ.20. par.vl ar.1.q.1. vbi d.ꝙ epiſcopi indulgentes alijs,magis faciunt cõmunicationes, q̃ relaxationes, ſi cut faciunt, qui bona ſui collegij cõicãt alijs.
d A proprio epiſcopo] Vide ad idem Roſe.eo §. 3. Quare dicit Pa.in d.c. ꝙ aũt, vlti.not. ꝙ expediens eſt, vt qui vult peregrinari habeat licētiam a ſuo iudice, & vt poſſit percipere alienas indulgentias.
e Secundū Ho.] vide aliā qõnē per Gem.e ti.li. 6.2.q.quod ſi vnus epiſcop⁹ dat 40. dies pro cõſecratione,alius ſucceſſor alios. 40.ꝙ non valet. Et vide Specu.& Io.Andr.vbi ſ.
f Pro dei laude] Exēplum adducitur de theſauro ſeculari, ſicut in theſaur⁹ regis duplici de cauſa diſpergitur, vided: t ad honorem regis, vt patet de Aſſuero, Heſter primo, & pro cõmuni vtilitate,vt tpe belli dantur ſtipendia, & dona,militibus. ſ. ſic in ſpũali theſauro.
g Et ī gl. i Cle. vnica] In ver.cõfeſſis,& Car ibi. in fi.in 4.no.Idē Roſ.eo.ti.§.23.
h Indigebant] Item ante tēpus Grego. oēs Chriſtiani, q erãt Catholici. Iſta debent eſſe de tex. Et ſic refert Inn. in d.c.Quod aũt.

habent domiciliū.Secūdus caſus eſt,qñ illi qui volunt eas accipere, hñt lnīam a proprio Epõ ſm aliquos,vt no.In.in c.qđ aũt, a de pę. & re. Alij verò dicunt, qđ de lnīa proprij ſacerdotis parochialis pñt ipſas accipere, & cũ hoc tranſit Ho. Guil.verò b in Spe.dicit,ꝙ tutius eſt,ꝙ habeat conſenſus Epi, & ſm eundem ſufficit ēt conſenſus metropolitani ſui.d.cap.noſtro.Addit etiā Guil.ibid. verſi. & nota. ꝙ ex cã iuſta põt Eps ſtatuens in diœceſi ſua concedere,vt indulgentiæ ſuæ proſint venientib. de diœceſi aliena,facit d c. ꝙ aũt, c non tñ poſſet cõcedere, ꝙ indulgentię ab alijs Epis in eius diœceſi conceſſæ valeant.Ex quo patet ꝙ illi,q habent literas diuerſorum Epiſcoporū,dãtes indulgētias facientibus eis eleemoſinas non valēt,niſi quò ad indulgentiam proprij Epi, vel niſi habeant licentiā à proprio Epo,d vel ſacerdote,vt tales niſi indulgentiæ ei pſint,d ſo 9. ſignificaſti.
12 Sed quid ſi eps cõcedit indulgentiam, & Archiepiſcopus ſimiliter tale qd facientibus? ℞.ꝙ oēs ſubditi Epi habebūt vtrãq; , alij verò habebunt ſolū Archiepi ſm Ho. e in d.c cum ex eo.
13 Pro quib cauſis indulgentię ſunt fiendę? ℞ ſm cõiter doctores,ꝙ pro Dei laude,f & gloria quæ pręcipuè relucet in ſanctis ei⁹. Sancti verò honorantur in cõſtructione eccleſiarum, & commemoratione virtutum,& ideo rectè dãtur celebrantibus eorū feſta,exiſtentibus prædicationibus, viſitantibus eorū eccleſias, & hmõi. Item ſecūdo pro cõmuni vtilitate, & defenſione fidei,terrę ſanctę,pro motione ſtudij,& hmõi.
14 Vtrum poſſint dari pro tēporalib.tm̃? ℞.ꝙ non ſimpliciter,ſed bñ ꝑ tpãlib ad ſpũalia ordinatis,ſm S.Bo. in.4.di.20.parte vlt.ar.1.q. 4.& ſic non eſt ſimonia.
15 Vtrum pro ſpiritualib. tantū? ℞.ꝙ ſic,ſicut Inn.4. dedit indulgentiā.10.dierū orantibus pro rege Frãcię, & prædicantibus crucem.
16 Vtrū pro remiſsione iniuriæ? ℞.S.Bo.vbi ſ. ad ſm ꝙ nõ, qa in datione indulgētiæ dēt attēdi illud, qđ ſit meræ volūtatis,nõ neceſſitatis ſit ēt qd taxabile,ſit ēt aliquo mõ pœnale, ſic rectè dãt,quorū primū dficit ī ꝑpoſito.
17 Quibus proſunt indulgētiæ? ℞.vt colligo ex Innoc.& Ho.in c.qđ aũt,de pœ.& re.& ēt a Theo.in 4.di.20. ꝙ vt valeant,requiruntur ſm aliquos. 7. Primū, quod ſit contritus & confeſſus, videtur tamen rõnabile, ꝙ hoc intelligatur ſm eccleſię īterpretationē vnde ille, qui fuit confeſſus in paſca,& poſt cecidit in mortale peccatū,ſi conteratur de eo, & deliberet confiteri in quadrageſima futura,cenſebitur cõfeſſus, & contritus, & ſic habebit indulgentiam, & licèt hęc ſit pia opinio,quam Pa.in c.oīs vtriuſque,de pœ & re.tangit.8.col.ver.ex his põt,& Io.An.in d.c.ꝙ aũt,& in gloſ.in Cle.vnic.g de reli.& ve.ſan.& Car.ibi.tenet,tamen tutius eſt,ꝙ confiteatur, maximè cū vix ſciant ſœculares,verè conteri,ſi confiteri non poteſt commodè,cõteratur, & credo eam habebit,non autem exiſtens in mortali, ſcilicet non contritus.
18 Secūdum,ꝙ habeant deuotionē fidei, quæ credat tãtam poteſtatem eſſe apud eccleſiam, quia licèt non habeamus manifeſta teſtimonia ante tempus Gregorij,tamē credendum eſt, ꝙ etiam ante faciebant,licèt non ita frequenter,quia ante ſua tēpora rarò poterant fieri ita ſolennes conuentiones catholicorum, & quia erant magis perfecti,non ita indigebant. h

Tertium

a Repete quod fuit annotatū ad vocē,Gula. P.V.
b L. ea quæ pater]ibi Bald.no. quod non intelligitur nisi quādo deliberatē sic uo minat filium, vt incasu dictę l.ea. scilicet in testō: secus, si alio modo, quia nullus est pater, qui filium non corripiat.
c In capit. testimonium] & ibi etiam Pa. in l.fi. tangit,& gl.in c. omnes. el.2. 6. quæstio.1.

instrumen.c.2.sed quomodo peccēt mortaliter, tene, ꝙ solùm est,quando pronūtiant indulgentias non veras,aut non validas.

INEPTA lætitia a est filia gulę, quæ quando fit peccatum,Vide,Iudus.S.2.

INFAMIA est læsæ dignitatis qualitas reꝓbata quantùm ad vitā,& mores, per ar.a contrario sensu,sicut fama est illæsæ dignitatis status vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus ,l. cognitionum numerus. S. existimatio, ff. de var.& extraor.cognit.& ideò infamis dicitur, cuius status vita, & moribus est reprobatus, sicut colligitur.ff. de in ius vo.l.sed & si hac lege.S. prætor,in glo.in ver.sugillat,&.ff.de obsequi.a lib. l. honoti,& l. licet.

1 Quotuplex est infamia?Res.triplex.s.facti, hæc prouenit ex communi hominum locutione,de qua per Bar.in l. de minore. S.tormenta,aliàs.S plurimum.ff. de quæst. Secunda iuris. Tertia canonica.

2 Qūo incurritur infamia facti?Rñ. ꝙ aliquando incurritur á crimine ita,ꝙ crimen est propria cā infamiæ,& hæc repellit á testimonio in causis grauiorib*,& in cā criīali,sed in alijs admittūtur,ſm ꝙ pl* & min* sunt infamati,aliqñ causat infamia facti ab alio,puta qa fuit icarcerat*, vel fuit pp crimē repuls* á testimonio,vt i c.testimoniū. de testi.vel cum pater ꝑ ve·ba turpia instituit filiū hæredē dicēdo,filiū meū ꝓditorē neq̄,& hmōi istituo hæredē,vel ei lego,vt C.ex q.cau.inf.irro.l.ea,q̄ pr. b Itē causat ꝑ verba iudicis dicētis alicui postulāti;Calūniaris,vel benefaceres, si ad frugē melioris vitæ te cōuerteres,& hmōi,vt in l.verbū & in l.interlocutio,C.e.ti. Multis ēt alijs modis incurritur,vnde quando apud bonos & graues viros infamatur ex aliquo facto, sic incurrit infamiam facti.d.l. licet,& 6.q.1. sunt plurimi, vt no.in c.licet ex quadam, de testi. Infamiam enim non faciunt dicta paucorum,nec multarum leuiū personarū ,dummodo apud graues & bonos nō sit opinio læsa.& no.ꝙ hic graues dicuntur, qui non sunt leues, puta est hō bonæ famæ,& opinionis,antiquus,sicut bene meritus dr, q̄ non demeruit.ff.de leg.2.l.cū pater.S.rogo.& leg.cum quidā,in principio.de seruti.c.vno. Vnde & senibus maior fides adhibetur.ff.de fide inst.l.vlt.& ar.ff.famil her. l.si quæ sunt,vbi hæres in maiori parte præponitur illi qui,in minori parte est hæres.

3 Quem effectum operatur hæc infamia q̄ habet ortum á crimine?Res. ꝙ primò repellit a dignitatibus.c.inter dilectos,de excess.præla. quia vilibus, & indignis portæ dignitatis patere non dēnt, & de reg.iu.in famibus,lib.6. Itē repellit á testimonio. Intellige in causa criminali,non aūt in ciuili nisi secundùm quòd dixi de infamia, q̄ habet ortū á crimine.Secus,si esset infamatus quia fuit incarceratus, & hmōi vel a testimonio,aliàs repulsus fuit, quia non repellit. Ita no.Ioan.An.& Pa.in capitu. testimonium c de testi.6.colum. versic.3. & in ca. inquisitionis.S.pe.de accu.ver.vlterius no. Ric.tamen in 4.di.15.tenet, ꝙ infamia facti ipso iure non interdicit act* legitimos, allegat ca. si quis presbyter, de pur.ca.sed sunt talibus interdicendi,donec purgationem canonicam fecerint, capi.ex tuarum, de purga.cano.Item repellit a promotione ordinum,de accus. Omnipotens deus.81. dist.tantis Daniel,& suspendit iam promotum, secundum ꝙ crimen impedit secundùm Inno. de postu.præla.c.fi.de ele.c.super eo.de renun.c.nisi cum pridem. Itē inducit quærelam inofficiosi testamenti contra testamentū fratris si infamis hęres á fratre fuerit institutus,& rūpit.C.de inof.test. l.fratres.Itē purgationē inducit,si iudici vi debitur,de accu.veniens,& ibi Ho.de hoc in gl.in l.nullā,C.ex qui.cau. infa. ali.irro.

4 Quomodo tollitur hęc infamia facti? Res.Pa.in c.ex diligenti,de sim. super glos. in ver.infamia, ꝙ tollitur per contrarium factum,vt no.Io.6.q.1.ca.omnes,primo.in gl.potest etiam princeps disponere,vt talis infamia non habeat effectum, vt no.Pan.in c.cū te,de sen. & re iudi & per.8.quæstiones tractat hanc materiam.

5 Quomō incurritur infamia iuris?Resp. ꝙ per sententiam,& regulare est, quòd nō incurratur ifamia iuris i criminibus publicis

a Pa. in c. testimonium] quinta col. ver. ego in hac materia, vbi dicit, ꝙ infamia iuris est illa quæ irrogatur ꝑ sententiam, vel ipsofacto, in casibus, in quib⁹ iure cauetur duntaxat, de quibus per text. & gl. 3. q. 7. §. porrò, & & in l. athletas. §. calumniator, cum sequen. ff. de infami.
b Vel cōtrahit] hoc melius habetur in l. 1. in fin. ff. eo. & in l. eum qui, C. de adul.
c Quod regulariter] No. d hoc Pan. in d. c. testimonium, col. 5. ver. ego.
d Dat cautelā] Hec cautela datū a Bar. in d. l. infamem, & recitat Ab. statim, vbi supra, sed Bar. dicit in d. l. furti. §. si quis alieno, in fine.
e Aliam cautelam] Bart. hoc dicit in d. §. si qs alieno, & dicit hoc esse mirabile consilium gl. ibi. vide Barto. ibi, & Pan. qui latè cum limitationibus hoc ꝓsequuntur.

cis nisi per sentētiam. l. 1. & ibi gl. in ver. q in iudicio, ff. de his qui no. infa. no. Dy. i d. regula, infamibus, & Pa. c. testimonium, a de testi. & quę sint publica crimina habetur Insti. de pu. iudi. ꝑ totum, De quo vide s. Crimē. S. 7. Item incurritur infamia iuris ipso facto in casibus, in quibus iure cauet, ꝙ incurratur ipso facto, vt cum imperator militi aufert insignia, vel mittit aliquem in exilium. l. qđ ait. S. ignominiosa, de his qui no. infa. Item qui exercent improbum fęnus exigentes vsuras vsurarum. 3. q. 7. S. porrò, & ibi vide bonum tex. cū gl. Item cum aliquis depreheditur in adulterio. l. palā. S. quæ in adulterio, ff. de ritu nup. vel ↄ̄hit b simul cum duabus, vel simul hēt duas sponsas. l. quid ergo. S. 1. ff. de his qui not. in fa. de bigamis nuper a nobis. Itē qui lenociniū exercuit, vel filias, vel neptes ꝓstituerit. l. athletas. S. ait ꝑtor, ff. eodem, & ibi de multis. Item qui pugnauit cum fera. ff. de postu. l. 1. S. bestias, & multis alijs, de quibus vide in d. S. porrò, & d. l. omnes athletas. Et no. ꝙ regulariter c oēs infames secundū leges sunt etiam infames secundùm canones, probat hoc text. not. in c. omnes verò. 6. quæst. 1. no. In nocen. in c. qualiter & quando, el 2. de accusa. 4. colū. ver. Item ab officio & beneficio, similiter omnes, qui ex culpis suis ad ordines non possunt promoueri, vt in d. c. omnes, est text. & ibi vide bonam gloss. de hoc, & d. S porrò.

6 Vtrum confessio delicti in iudicio reddat aliquem infamem infamia iuris? Resp. Bart. in d. l. infamem, ff. de pub. iudi. 3. col. ver. quæro, vtrum confessus, & no. Pa. in c. at si clerici, de iudi. in prin. 10. col. versi. 2. sentit, gl. ꝙ non, quia iudicium prætorum videtur requirere ad hoc, vt sit iusfamis, ꝙ sit condēnatus de crimine. l. 1. ff. de his qui no. infa. & in causa criminis confessus non habetur pro condemnato, vt l. si confessus, ff. de custo. & exhi. re. & ideo Bar. in l. furti, ff. de his qui not. infa. dat cautelam, d vt soluat, quādo requiritur sententia ad infamiam incurrendam, condēnationem ante sententiam, & si euadet, ar. l. si reus, ff. de procu. similiter no. aliam cautelam, e s. ꝙ talis non litiget per se, sed per procuratorem, quia licet ipse condēnetur, & procurator procuratorio nomine, tamen in hoc casu, nec dominus, nec procurator efficieť infamis, vt probať in d l. furti S. siquis alieno, per tex. & gl. & ibi Bar. hæc no. & doc. & no. ꝙ loquitur, quando quis cōuenitur, vt cōdemnetur actione famosa, vel ex crimine, ex quo sequitur infamia. prima tamē cautela non valeret, vbi infamia irrogatur ipso iure, vt in c. testimonium, de testibus, quia per solutionem videretur reus confiteri crimen. l. ad solutionem, C. de re iudi. & l. quoniam, ff. de his qui no. infa.

7 Vtrum prælatus efficiatur infamis, si remoueatur propter dolum? Respon. Pa. in c. licèt Heli. de simo. & ibi glo. in versi. de dilapidatione, ver. hoc tamen scias, ꝙ sic, sicut iura volunt in tutore.

8 Vtrū, infamia iuris tollat executionem ordinum? Rn̄. Pa. vbi supra ꝙ sic, & etiam exercitium cuiuscūq; dignitatis, & adimit honorē quæsitū, & quærendū, vt dicit text. in l. infamia, C. de decuri. li 10. & ideo ꝑlatus nō expectet sententiā, sed resignet spontè a principio, & sic euitabit infamiam.

9 Sed nūquid talis infamia priuat titulo beneficij, & alijs dignitatib⁹ ipso facto? Rn̄. Pa. in c. quærelam, de iureiur. puto ꝙ sic in dignitatibus, & honoribus citra titulos beneficiales; probatur ex tex. l. 2. S. qui miles, ff. de his qui no. infa. vbi gl. dicit, quod sicut infamia priuat ipso facto militem militia, vt ibi, sic pari ratione priuat militia cœlesti in alijs dignitatibus, & honoribus. Idem videtur velle glo. in l. frustra, C. de re mili. lib. 12. In beneficialibus autem nō inuenio tex. dicit Pan. in d. c. quærelam hoc dicentem; vnde nō debemus imponere hanc pœ

nã spiritualẽ in ipsis, ex quo iure canonico non cauetur expresse, vt in simili dicit gl. ĩ c. fi. [a] de iur. pa Fatetur bene idẽ Pa. ꝙ collatio facta infami ipso iure est nulla, regula infamibus, de re. iu. li. 6. & l. 2. C. de dignita. Facit. c. inter dilectos, de excess. prxla.

10 Vtrum cõdemnatus de falso cõmisso in officio testificãdi efficiatur infamis? Res. Pa. in c. cũ dilectus, in 7. not. de or. cog. ꝙ sic, si directè fuit cõdẽnatus, sec⁹, si directè nõ fuit actũ ꝯ eum, sed vt repelleret à testimonio, ar. d. c. cũ dilectus, & l. Lucius, ff. de his, q no. infa.

11 Vtrum sentẽtia arbitri infamet? Rñ. ꝙ nõ, sed oportet ꝙ sit iudicis ordinarij l. quid ergo. §. ex compromisso, ff. de his qui not. infa.

12 Quis põt tollere infamiã [b] iuris? Res. Pa. [c] in d. c. cũ te, de re iudi. dicit ꝙ ꝑ solũ principẽ tollitur quò ad eos, qui sibi sunt, subiecti, sed nõ quò ad subiectos Papæ, sed ꝑ ipsum Papã solũ, vt in l. 1. ff. de postu. & in c. cũ te, de sentẽ. & re iudi. & hoc directè, sed idirectè põt aliquando Eps, vt cum dispensat in casibus sibi à iure permisis, vt puta condẽnat⁹ de adulterio efficitur infamis, & tñ Eps põt dispẽsare sup adulterio, & sic cõsequenter infamia, sed non principaliter, seu directè, & de hoc vide Bar. in d. l. 1. & l. infamẽ, in fi. ff. de pub. iu.

13 Vtrum Papa posit restituere laicum nõ subditum suæ iurisdictionis? Resp. ꝙ non. 1. q. 3. §. hinc colligitur. Nisi fortè esset sibi necessarius in clericatu, & tunc ipse tm̃ posset, & non alius illos aũt de patrimonio suo restituere põt, vt illos, qui iuri aliorum nõ subsunt, & omnes clericos, vt in c. per venerabilẽ, qui filij sint legitimi, notant Ber. Innoc. & Host. in d. c. cum te. Similiter tenent doc. ꝙ etiam collegiũ cardinaliũ põt, sicut & Papa, sed Pa in d. c. cũ te, in 1. & 2. q. tenet contrariũ, scilicet quòd non potest.

14 Vtrũ reges posint tollere infamiam iuris? Res. ꝙ non illi, qui subsunt imperatori, secundùm Innoc. sed benè illi, qui non recognoscũt superiorẽ ſm do. Ant. in d. c. cũ te, & Pa. ibi. 7. q.

15 Vtrum restitutus ꝑ imperatorem indigeat alia dispensatione, vt promoueatur? Rñ. ſm Pa. in d. c. cũ te, ꝙ non, dũmõ egerit pęnitẽtiã, vel dic ꝙ episcopus poterit dispẽsare respectu criminis, ꝙ fuit notoriũ, vt ꝓmoueatur, ex quo restitut⁹ est per imperatorem, vel regẽ, q nõ subest imperatori.

16 Quomodo incurritur infamia canonica? Rñ. ꝙ ex quolibet peccato mortali, vt 6. q. 1. infames, & in glo. in c. oẽs. 1. ibi. & ista durat, donec sublatum sit crimen vt in d. c. ĩfames, & gl. in c. illi. 6. q. 1. & ideò post pœnitẽtiã cessat talis ĩfamia hęc no. a. in c. diligẽti, de sim.

a Dicit glo. in cap. fin.] In ver. ex vi, quæ dicit, quod non debet quis priuari potestate eligendi, nisi exprimatur, quia est pœna.

b Tollere infamiam] An bannitus pro crimine homicidij. ex quo irrogatur infamia, & post cancellatus de banno per habentes potestatem, nulla facta mentione de restitutione famæ, intelligatur restitutus, maximè si bannum in contumacem fuit latum, & non in conuictum per aliud genus probationis, quàm per contumaciam? Bartolus in l. final. C. de senten. pas. in vltim. colum. tenet, quod est restitutus, nisi bannum sibi remittatur, quia soluerit cõdemnationem, quia tunc non cancellatur nisi respectu quantitatis solutæ, & ideo talis cancellatio restringitur ad illam causam solùm. l. cancellauerat, ff. de his, quæ in te. delen. idem Baldus in l. generali, C. de sent. pas. & plenius in repe. l. cum mulier, ff. solut. matrimo. in 8. colum. Alexand. consilio. 112. in 2. par. incipit, Omissis, & consil. 114. incipit. Repetitur. Intellige, quod alis restitutio sit facta secundum Bartol. à populo, qui non recognosceret de facto superiorem, tunc communiter cõcluditur, quod quò ad ea, quæ aguntur in territorio illius populi, valeat restituere ad famam. Et firmat Bartol. in l. 1. §. de qua re, ff de postulatio. & sequitur ibi Angel. Bartolus in l. infame, in fin. ff. de public. iudic. d. Anton. & Ab. in capitulo cum te, de re iudic. Si autem recognosceret superiorem, tunc communiter cõcluditur, ꝙ non posit. per tex. in d. §. de qua re. Fallit, vbi infamia esset irrogata virtute statuti eiusdem ciuitatis, & non de iure communi, quia hoc casu potest. d. populus dispensare super dicta irrogatione infamiæ in futuris, vt probat Bartolus in l. 3. ff. de testament. & in d. §. quare. Bal. in d. l. cum mulier, ff. solut. matri. circa pe. chartam, & can. in d. c. cũ te. Fortius verè voluit Barto. per plura in l. ictus fustiũ, ff. de infa. quod condemnatus solùm per contumaciam, quæ ex dispositione statuti habeat vim confessionis, nõ efficiatur infamis, per no. per gloss. in l. 1. C. de mõ mul. Itẽ not. Bar. in l. si ideo, ff. de euic. Ioan. An. in addi. spe. ti. de contu. §. sequit. circa prin. Bal. in l. si tutor C. si tutor non ges. & in l. 1. C. de hær. insti. col. fi. & Ang. & Im. in d. l. infamem.

c Respondet Panormit.] In tertia & quinta quæstione, & de Episcopo, de quo hic, tractat in tertia quæstione. Nam facit octo quæstiones de hac materia.

INFIDELITAS [a] vtrũ sit peccatũ? Resp. Asten. li. 2. titu. 56. in prin. ꝙ infidelitas dupliciter potest sumi, primo negatiuè purè, & hæc est in illis, qui nihil vnquã audierunt de fide Christi, & isto mõ non habet rationẽ culpæ, sed pœnæ, quia talis ignorãtia diuinorũ est secuta pp peccatum primorũ parentũ, & sic tales infideles non damnantur pp infidelitatẽ, sed pp alia peccata, quæ sine fide non possunt remitti, & pro hoc facit. Io. 15. si nõ venissem, & locutus eis non fuissẽ, peccatum non haberent, s. infidelitatis in Christum, secũdũ Aug. [b] Secũdo modo sumitur infidelitas contrariè s. inquãtũ contrariantur & contemnunt credere, quod audiunt secundũ illud Isa. 53. Domine quis credidit auditui nostro? & in hoc ꝓpriè rõ infidelitatis cõpletur, & sic est mortale peccatũ, & grauissimũ, inquantũ magis elõgat à deo non tm̃ quõ ad affectionẽ sed ẽt cognitionẽ; [c] & ideò magis puniẽ qlibet infidelis ꝓ isto pc̃õ, q̃ qcũq; alius ꝓ quocũq; alio [d] cęteris paribus.

1 Vtrũ oẽ, qđ facit infidelis, sit pc̃m? Rñ. Astẽ. vbi supra gl. sup illud ad Ro. ca. 14. & 28. q. 1. §. ex his. Omne, qđ non est ex fide, pc̃m est, dicit, ꝙ non oĩs vita infideliũ pc̃m est, sed qñ solũ faciũt aliqđ opus ex indelitate, vel relatũ ad ipsam, vt qñ Saracen' ieiunat, vt legẽ Macometi seruet hoc mandante, vel Iudæ' sabbatizat & hmõi, & sic mortaliter peccat, alias sec', quia possunt facere multa, q̃ sunt de genere bonorũ, in qb' non est peccatũ. An aũt vendentes eis, vel alio titulo ꝓcedẽtes aliqua, qb' vtuntur ad eorũ ritũ peccent mortaliter? dico saluo meliori iudicio ꝙ si qs hoc eis vẽderet, vt tales ritus facerẽt, sic peccaret mortaliter, quia cooperatur eorũ peccato; sed vendens ei simpliciter aliquas res, licèt illi talib' vtãt ẽm ritus eorũ, nõ credo peccet mortaliter, aliter ecclesia, q̃ eos tolerat, & permittit habitare inter Christianos, videretur ponere laqueũ dãnationis, cum sciãt, ꝙ quasi oĩa vtãtur ẽm aliquã conditionẽ suarũ sectarũ, sic Iudęus carnes, palmas, cedros, & similia vtitur ẽm suã legẽ.

2 Quot sunt species infidelitatis? Resp. Astensis, [e] vbi supra. §. 1. ꝙ si infidelitas attẽdatur ẽm cooperationẽ ad fidẽ sic sunt tres. Nã peccatũ infidelitatis consistit in renitendo fidei, & sic aut nondum susceptæ, vt in gentilibus, siue paganis, & sic est prima species. Aut fidei susceptæ, & isto modo vel susceptæ in figura, vt in Iudæis, & sic est secũda species, vel susceptæ in manifestatione veritatis, vt in hæreticis, & sic tertia species. Si verò attẽdatur infidelitas secundùm errores ad diuersos articulos fidei, sic non sunt determinatæ species infidelitatis, cũ possint multiplicari in infinitũ, vt patet per Aug. li. de hæresibus.

3 Quæ est peior infidelitas? Resp. Ast. ꝙ illa hæreticorũ est pessima. vñ secũda Pe. secũdo. Meli' eis erat nõ cognoscer̃ viã veritatis, q̃ post cognitã retrorsum cõuerti. [f]

4 Vtrum infideles sunt ad fidem cogendi? [g] vide quod dixi supra, Baptismus. 6. §. 12. & sup'a, Fides. §. 9.

5 Vtrum sint in eorum ritibus tolerãdi? Respon. Asten. vbi supra circa fin. tit quòd licèt infideles peccent in eorum ritibus, tamen possunt tolerari sine peccato ꝓpter duo, vel propter bonum, quod prouenit ex eis, sicut in ritibus Iudæorum hoc bonũ habemus, ꝙ fides nostra habet ab eis testimoniũ in talib' ritibus, in qbus figurabaẽ vel

a Infidelitate fides amittitur, & gratia, Con. Tri. sess. 6. c. 15. de iustifica. P. V.

b Secũdũ Aug.] Qui ait, ꝙ intelligitur de peccato, quo in Christum nõ credide runt. Vnde subdit magnum peccatũ, quod sub nomine generali vult intelligi.

c Sed etiam cognitionẽ] Intellige de his, q̃ contingũt in peruersitate morũ, quia secus est de alijs peccatis, quæ opponuntur virtutibus theologicis.

d Pro quocunq; alio] Verbi gratia pro adulterio, & huiusmodi, considerato peccati gñe. punietur tñ grauius fidelis pro peccato adulterij, q̃ infidelis, tũ propter notitiã veritatis ex fide, tũ pp fidei scientiam, quib' fidelis est imbutus, quibus peccãdo ipse fidelis cõtumeliam facit, de hoc Tho. 2. 2. q. 10. ar. 3.

e Rñ. Asten.] Et vide sanctũ Tho. 2. 2. q. 10. arg. 4. vbi etiam dicit, ꝙ omne, qđ non est ex fide &c. quia cum fide peccata tollantur, meritò infidelium vita nõ potest esse sine peccato. Cornelius autem, de quo act. 10. habuit fidem implicitam secũdũ eum.

f Cõuerti] Tum quia magis fidei sefellit, tum quia grauius peccat, q̃ nõ implet, quod promisit.

g Cogẽdi] Astẽ ẽm vbi supra §. 1. dicit, ꝙ illi qui nunquam fidem susceperint, vt Iudæi, & gentiles, sunt ad fidem au toritatib', rationibus, & blandimentis inducẽdi, & non cogendi, quia credere est voluntatis, & seruitia coacta &c. 45. di. de Iudæis. Si tñ inuiti baptizarentur, charactẽrem non susciperẽt &c. Illi autem, qui semel fidem receperũt, si recesserunt, cogi possent corporaliter.

a Cath. de ora c. q. rõ ĩ ora. reqni. & in ora. do. ver. Et ne nos ind. in ten. item de Dei præcep. in deca. lo. côten. D. Ambro. lib. 1. de offic. c. 31. P. V.

vel secũdo possunt tolerari sine peccato pp malũ vitãdũ, vel scandalum, aut dissidiũ, qđ ꝓuenire posset, vel impedimẽtũ salutis eoꝝ, ꝙ sic tolerati paulatim côuertuntur ad fidem, & propter primum tolerandi Iudæi; propter secũdũ solùm alij infideles, aliàs non.

6 Vtrũ fideles possint cũ infidelibus conuersari? Resp. Asten. vbi supra, ar. vl. ver. circa tertium, ꝙ si in aliquo casu ecclesia interdiceret pp aliquod peccatũ eorum indi rectè puniendum, sic non liceret. Si aũt ecclesia nõ interdiceret, tũc distingue, aut fideles sunt firmi, & sic non ꝓhibentur conuersari cũ eis, maximè si necessitas subest, aut sunt debiles in fide & simplices, de quorũ subuersione ꝓbabiliter pôt timeri, & sic ꝓhibẽdi sũt, maximè nè magnã familiaritatẽ habeãt, neq; sine necessitate côuersenť.

7 Vtrum infideles, qui non recognoscũt dominium, ecclesiæ licitè possint reb9 suis spoliari? Res. Host. in c. qđ super his, de voto, ꝙ sic, ꝑ illud Mat. vlt. data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, quam quidẽ trãstulit in vicarium suum, sec9, si recognoscunt dominiũ ecclesiæ, nec sunt infesti Christianis, ꝑ hoc habes tex. cum gl. 23. q. 7. si de rẽbus. Inn. in d. c. quod sup his. tenet, ꝙ non possunt, nisi sint infesti Christianis, vel aliter delinquũt in lege naturę, & facit ꝑ eo tex. cap. dispar. 23. q. 8. Sed mihi magis placet opi. Host. & maximè in infidelibus occupantibus prouinciam Ierosolimitanam, quę cum sit consecrata sanguine Christi, & multorum martyrum, non debet esse sub dominio infidelium, & hoc intellige pñt spoliari auctoritate dñi papæ nõ à priuata ꝑsona. vide Pa. in d. c. ꝙ sup his.

8 Vtrũ infidelib. sit credendũ in ꝑiudiciũ aliorũ? Res. Pa. in c. 1. de hæ. in fi. ꝙ non ar. d. c. 1. ex quo sunt infideles deo, non præsumuntur fideles hominibus, & ideo testes non admittuntur contra Christianos. 2. q. 7. non potest, & c. pagani.

9 Vtrum liceat assumere habitum, infidelium, & sic se simulare infidelẽ? Resp. Rod. ꝙ si fiat ex rationabili cã, licet, sicut fecit S. Sebastianus, dummodo in tali vestimento non sit aliquod signum, vel aliquis charaćter principaliter consti tut9 ad discernendũ cõfessores alicuius infidelitatis, quia sic non liceret, qa ꝑ tale signũ mentiretur contra fidei promissionem; sine causa verò rationabili nullo modo licet.

10 Vtrũ dubitare de fide sit peccatũ mortale? Rñ. ꝙ sic, quia dr, dubius in fide infidelis est c. 1. de hæ. sed rũc dubitat, cũ nõ magis declinat ad vnã partẽ, quã aliã; secus, si titubat, vel vacillat, sed tñ non firmat se nisi sup fide vera; de hoc vide S. Hæreticus, in prin. & vtrũ sit disputandũ de fide, Vide supra, Disputatio. Infideles an possint prætio induci ad fidem, Vide infra, Iudæus. S. 33.

INFIRMVS famul9 an debeat habere salarium, Vide supra, Familia S. 2.

INGRATITVDO vtrũ sit peccatũ? Respõ. Pe. Aureo. l. 4. di. 22. q. 2. ĩ fi. ꝙ ingratitudo pôt cadere dupliciter, aut tanquã circunstantia ačtus, sicut est qñ aliquis peccans ex aliquo alio fine, habet tñ ingratitudinẽ tanquã circunstantiã, vt est quilibet, ꝗ licèt receperit multa beneficia à deo', tñ voluptate dućtus consentit fornicationi; & isto mõ non est peccatum per se, sed circũstantia peccatũ aggrauans. Alio mõ consideratur ingratitudo per se, sicut qñ non est alius finis mouens ad tale faciendũ, nisi qa despicit beneficia, vel paruipendit, vel nõ recogitat, & sic est peccatum speciale.

1 Vtrũ sit mortale peccatũ? Res. ſm Tho. 2. 2. q. 107. ar. 3. ꝙ si ea, quæ prætermittit facere, sunt necessitatis, sic est mortale, aut ea quæ committit, sunt contra id, quod necessariò debet cauere; & sic similiter est mortale, vel quando ex contemptu prætermittit recognitionem beneficij, vel recompensationem, aliàs est veniale.

2 Vtrum propter ingratitudinem reuocetur donatio, vide supra, donatio. 1. S. 41.

3 Vtrũ pater ratione ingratitudinis filij, (puta qa eum accusauit) & ex oĩ cã, ex qua potest eũ exhæredare possit alimenta ei denegare, vide supra, Exhæredatio S. tertio.

4 Quot modis cõmittitur ingratitudo? Rñ. secundùm. S. Th. 2. 2. q. 107. art. 2. quòd tribus modis? Primo non recognoscendo beneficia a dei, & hominũ, vt debet, propterea dicit Sen. quod ingratissimus est, ꝗ obliuiscitur beneficium. Secundo quando non laudat, seu non regratiatur bene-

factorem. Tertiò qñ non re cōpensat beneficio recepto scilicet faciēdo honorē vel seruitiū benefactori tēpore suo. Quartò qñ in mēte sua contēnit beneficiū receptū vel ipsum benefactorē, qua si ei iniuriā fecerit dādo beneficiū. Quintò qñ murmurat de benefactore, vel beneficio eius eū vilificans. Sextò qñ facit iniuriam, vel aliquid in cōtemptū illius benefactoris reddens malū pro bono.

5 Vtrum ingratis sint beneficia subtrahenda? [a] Resp. q̄ aut ex beneficio præsumitur, q̄ attrahētur ad gratitudinē, vel ad minus malū, & sic non sunt subtrahēda, aut inducuntur ex beneficijs ad peiora, vel ad perseueran. in malū, & sic subtrahi debent, ita no. in cap. non omnis. 5. q. 5.

INIVRIA qd est? Resp. q̄ quadrupliciter [b] accipitur. Primò generaliter, & sic est oē, qđ non fit iure. Facit. c. qd dicā. 14. q. 4. Secundò accipit̄ specialiter. & sic est iniquitas, vel in iustitia [c] iudicantis quasi ius iniquū & iniustum. Tertiò iniuria dr̄ culpa, vt in l. Aquilia. Quartò accipitur singulariter & ꝓpriè, & sic fit aliqñ re, qñ manus violentæ inferuntur. ff. e. l. 1. §. iniuriā. 17. q. 4. si qs suadente. Aliquando fit verbis cōuitiādo, vel contumeliā dicendo. facit. c. olim, extra e. tit. Fit & tertio mō. s. literis, cū videlicet librum, vel chartam, vel historiam ad infamiam alicuius pertinentē conscripsit, cōposuit, vel edidit, vel dolo malo facit, vt aliqd horū fieret, puta dimisit scripturam cadere, in platea, ar. ff. de ver. sig. l. latè nec distinguitur, vtrum nomine suo, vel alterius ediderit, vel vtrū nomen expresserit illi', quē intendebat infamare, vel non, dummō aliter per circunstantias cognosci possit. Eodem mō tenetur, si sine scriptura in notā, vel signū aliquod istorum prodidit, puta veste lugubri vtitur in iniuriā alicuius, vel cornua posuit in porta, & hmōi. ff. de iniur. l. itē apud Labeonē. §. ait p̄tor, nē qd infamandi cā fiat, & 5. q. 1. c. quidā maligni spiritus. [d] Et de ista quarto modo dicta hic loquor.

1 Quid de illo q dicit alicui, latro, fur, homicida, & hmōi, cū dicat verū? Resp. s̄m Hos. in sum. ti. de iniur. q̄ si facit animo accusandi vel denunciandi ad puniendū delictū, & ꝓbauerit non punitur, nec tenet̄ [e] iniuria ff. e. ti. l. eū q, in prin. vbi dicitur. peccata. n. nocentium nota esse & expedire, & oportere, & C. e. ti. l. si quidē, & idē, si faciat excipiendo, vt eū repellat a testimonio de test. c. ex parte, vel ab ordine, aut beneficio de accusa. c. sup his, quia hæc a iure conceditur, & nemo facit iniuriā, q vtitur iure suo de elec. c. cum ecclesia vulterana. Si verò dicit ad infaman. tm̄, quod præsumitur, qñ non habet causam iustā dicendi, tunc iniuriā facit, & condemnandus est, d. l. si quidem, & l. 3. C. e. 6. q. 1. ex merito, & c. deteriores, & no. Hos. & Ber. in c. si culpa e. ti. in ver. ignorantia & ibi Abb. not. quasi omnia hæc.

2 Quis pōt facere iniuriā?

[a] Subtrahenda] Vide quod notaui. infra manumissio. §. 4. Adde primò, quod si habeo debitores & eis gratis concedo, vel dono liberatis absque vllis benemeritis, præcedētib', quòd licèt talis debitor liberatus possit propter ingratitudinem reduci ad pristinam obligationem, est verum quātum ad debitum principale, tamen non reducetur quantū ad pign', vel hypothecā. l. 1. §. cū venditor, ff. q. mo. pi. vel hypo. solu. quē excla. Rom. in suis fin. Adde ēt ad illud, q̄ filius legitimat' pōt reduci in pristinū statum &c. pro hoc facit text. vbi æquiparantur patron' erga libertū, & pater erga filium legitimatū, in §. 1. in ver. æqualis patri, in aut. vt libert. de cæte. facit ēt tex. in §. si qs igitur non habens, iun. cto §. liceat, in aut. qui. mo. natura. effi leg. Eodē modo, si fili' sit adeptus militiā, vel dignitatē potest reuocari propter ingratitudinem l. 1. §. fi. & ibi gl. no. ff de obse. pa. præsti. quæ per hoc infert ad cōces. prælatorū, qui possint propter ingratitudinem reuocare. Et de liberto quomodo reuocetur propter ingratitudinem, vide practicam per Spe. tit. de officio omn. iudic. § 1. versic. Item agitur. Eodē modo iudex ordinarius, vel potestas, si sit ingratus, pōt tanquam suspectus recusari. §. sancimus. In aut. de exhib. re. Cano. in c. postremo, de appel. domi. Ias. in d. l. apertissimi, C. de iudic. Similiter filius emancipatus ingratus pōt reuocari in patriam potestatē. l. vna. C de ingra. libe. Spe. ti. de nar. ex lib. ven. ver. Sed & liber. & Bal. in d. l. vna refert. q̄ quidam philosoph' Græcus, qui pri' seruitutē induxit, adinuenit ēt modū, vt diceretur, esto seru', qui nescisti vti libertate.

[b] Quadrupliciter] hęc quatuor ponūtur in l. 1. in prin ff. e. & Inst. eo. in prin.

[c] Iniurias nasci a quib. iura expectātur, nefarium est, Trid. Sy. sess. 24. c. 9. de refor. matri. P. V.

[d] C. quidā maligni spiritus] Vide bonū text. in l. constitutionibus, ff. de iniur.

[e] Nec tenetur] & dicit Bar. q̄ si nō expediret reipublicæ, talia ꝓferens puniri deberet, Vt si dixi tibi, tu es cæcus, vel claud', sec', si dixi, tu fuisti meretrix ꝓ falsū, vel es spurius, quia interest reipublicæ ꝓ testimonium ferendum.

a In c.parochianos] Bar. de hoc in l.1.in fi.eodē, & Imo. in c.contingit,de sen.ex. b Veste meretricali] Dicit text. in l.itē apud Labeonem. §. si qs virgines, ff. de iniur. si qs virgines.i. eas, q̄ erāt virgines appellasset, i. pudicitiam eaū blādo sermone attentasset vt infra,eo. §.attentare.Si tñ ācillari veste vestitas,minus peccare vr̄ [minus] idest nullo mō. Et hoc vr̄ approbare glo. multo min⁹, si meretricia veste,i.nullo mō, vel.l. si quis ignorās,hic allegata,Non matrū fami.vestitę fuissent .. Si igitur nō matronalihabitu fœmina fuerit,& qs eam appellauerit,i.attētaueritpudicitiā ei⁹,vel ei comitē abduxerit,iniuriarum nō tenetē, i.nullo mō,&comitē accipere debemus, s. virginis,eū qui comitētē eā,vt sequat. Et Bar. ibi sic sūmat. Talis qs esse p̄sumitur, in quali habitu reperit. Et de hoc p Io de Ana.i c.nonnullis,1.no.& Iu. c Hug.i §.si verò ira] Tāgit Archi.in c.quia te, Sub quo e.§.fiverò ira.l.dist. aliquā ad propositū, Et gl in c. de his, ibidem. d De remissio. iniuriarū Cath. de prępa.adhi.i ora.de earū obliuione, idē i ora. dom.ver. licut &

Rñ.ꝙ ille tantū,qui & pati eam pōt.Fallit hoc in furioso,& puero,qui nō est doli capax,cui iniuria fieri pōt, ipsi tamen alijs nō possunt facere, & idem de dormiē te.Aduerte tamen ꝙ nemo iniuriā potest facere,nec tenetur de iniuria, nisi qui scit se iniuriam facere, vel scire debeat, ēt si ille, cui fit,nesciat, q̄a si quis per iocū ꝑcutiat, aut dū certat, non tenet̄ iniuriarū,hęc habētur.ff.e.l.illud. ibi ēt dicitur, nanque hi pati iniuriā possunt.non facere,cum in iuria affectu facientis constat,1 5.quæst.1 §.illud.

3 Cui datur actio iniuria rū?Rñ.ꝙ illi, qui eam patitur,& not. ꝙ nedum iniuria fit in persona propria alicuius,sed ēt ei dicitur fieri,si fit in filio,vel ei, quem habet i potestate,Insti. eo. §.patitur, dum tamen iniurians sciat eū filiū familias. licēt ignoret, cuius. datur ēt actio filio familias in nomine suo.l.filius fami.ff.de acc.& obli. Item in sponsā vel vxorē,& sic datur actio viro,& mulieri, & si sit fili⁹ familias,ēt patri.l.1.§.vl.ff. e.non tñ eam, quę fit viro. iniuriā,patitur sponsa, vel vxor, quia vxores a viris, non viri defenduntur ab vxore.l.2.ff.eo. de sponsa dr̄ in l.itē apud Labeonem. §. sponsum. Item datur hære di ob iniuriā factam cadaueri defuncti, cuius est hæres.Idem, si fama defuncti sit lacessita.d. l. 1. §. sed si fortè cadaueri. Item datur domino ob atrocem factā seruo.d.l.item apud Labeonem §.prætor ait 2.& §.se. & Instit.eo.§. seruus. Item

datur epō prō iniuria facta clericis, & abbati in suis monachis,vt not.in capitu. parochianos, a de sentent. excommuni.

4 Nunquid matronæ in veste meretricali b deprehensę fiat iniuria si intentetur?Rñ.ꝙ non.facit.c.in audientia,de sen. exc.non iniuriat̄ matrimoniū,f̄m Ho. & Ber.qui ipam ignorauit. C. de adult.l.si ea,sicut nec militię,q militē ignorat. ff. lo.l.si ignorans, secus, si in habitu honesto. Idem tenet gl.i d.l.si ignorās,ff.lo.

5 Verū iniuria qs possit repellere?Rñ. ꝙ desendendo solū, sed percutiēdo fuit di uer.opi.Hug.i §.si vero ira. c l.dis.tenuit ꝙ nō licet Ber. verò & Lau.in c.suscepimi⁹ de homi. restringit hoc ad clericos. Sed ego dico f̄m doctrinā Ale.i 3.parte sum mæ, ꝙ ēt ꝑcutiēdo licet,ne cessitate cogēte, si iniuria aliter vitari non pōt,& nedum laicis,sed ēt clericis,de quo vide s.Cleric⁹.10.& Homi.3.& Defē.§.3.

nos di.&c.nolētes eas condonare, in quæ incōmoda incidant, idē in expo. præcep.Nō occides, adsi.Remedia ad eas deponēdas, ibid.& in præci. locū ora. do. Remittendi voluntas quibus sufficiat. in præcita. ver.ora.dom.D. Amb.c.47.& 48. li.1.de offi. P. V. e Quō ad actionem] dem dicit Bart.i l. nō solū. §.iniuriarum,ff. de iniurijs. f Primo remissione] Et uo. ꝙ ista actio semel remissa ꝑ pactū, non pōt reuocari amplius ēt ꝑ pactū, vt agatur ex ea. l si vnus, §.pacta,ff.de pa. g Dissimulatione] Vt si risi, vel lusi, vel comedi cū eo, ait gl.ibi.

6 Vtrū iniuriat⁹ d teneatur eā remittere? Res.gl.in c.si qs contristat⁹.90.di.ꝙ nō quò ad actionē, e s.vt satisfactionē habeat. 23. q.4.si illic.imo dicit,ꝙ bene facit agendo, vt satisfaciat.45.di.& q emendat. 23. q. 5. de occidendis, q̄a iniuriator tenetur necdū petere veniā,sed etiā satisfacere de dāno dato ex iniuria, si potest,aliter non potest absolui,nisi iniuriatus remisisset actionem iniurię liberaliter quoad conscientiā. Sed rancorem cordis etiā in iniuriāte non satisfaciēte,tenetur iniuriatus dimittere, vt de pę.di.5.c.vl. imò nunquam debet ad mittere,eò quia non licet aliquem odio habere.23.q.4.cum in l.11.q.3.c.inter verba.

Si fecit aliquod eorum, qđ prohibetur sub pœna excõicationis latæ sententiæ, de quo vide, Excommunicatio. 5. 6. & 7.
Si fuit excommunicatus ab aliquo, vide, Excommunicatio, vlti.
Si participauit cum excommunicatis, vide, Excommunicatio. 8. per totum.
De inobedientia certarum personarum, habes infra circa status.
Si fuit inobediens suis prælatis, vel dñis, vide, Obedientia, & vide, Inobedientia.
Si fecit ꝯ conscientiã, vide, Cõscientia. S. 1.
De iactantia, quæ est tertia filia, vide Iactantia, in principio.
Si iactauit se de aliquo peccato mortali facto, vide ibidem. S. 1.
Si iactauit se in vituperiũ aliorum, vide ibidem, vel in deceptionẽ alicuius, ibidẽ.
De pertinacia, q̃ ponitur ab aliquibus filia superbiæ, habes infra in ver. superbia.
De hypocrisi, vide, Simulatio. S. 4.
Si simulauit sanitatem in deceptionẽ populi, vel vt assequeretur prælationes, ibidẽ.
De discordia, quę est sexta filia vanaglorię vide, Discordia.
Si noluit concordare cum alijs in his, quæ erant bona, pp elationem suam, ibidem.
De contentione, quæ est septima filia, vide, Contentio.
Si habuit contentionem propter æmulationem alicuius, Ibidem.
Si contendit disputãdo ꝯ veritatem, ibidẽ.
Si contendit in iudicio ꝯtra iustitiã, ibidẽ.
Si contendit ita inordinatè, ꝙ scandalũ facit aliquibus, ibidem.
Si subornauit aliquos in electione, vel testimonio, & huiusmodi, vide, Subornatio.
Si nimis vilipendit se, vide, Ironia.
De astutia, si vsus ẽ simulatione, vide, Astutia.
15 Circa auaritiam, quæ est capitale peccatum, vide, Auaritia, in prin. quid sit.
Et quia consistit retinendo, aquirendo, & appetendo, sic interroga.
Si retinuit qui restituere tenebatur, vide, Restitutio. 3. per totum, & quis tenetur, habes, Restitutio. 1.
Si non soluit creditoribus in termino, cum posset, vide, Solutio. S. 5.
Si retinuit superflua, & non fecit eleemosinas, vide, Auaritia. S. 3.
Si nõ fecit eleemosinã de arte sua, puta medicus pauperi infirmo, aduocatus clientulo pauperi, de quo vide, Aduocatus. S. 10. Medicus. S. 5.
De auaritia in acquirendo, vide, Auaritia. S. 2. & satis patet supra in 7. præcepto.
De auaritia in appetẽdo. Hẽs, Auaritia. S. 1.
Si appetiuit illicitè, vel illicita, vel multũ animo suffocato, vide ibidem.
Circa filias auaritiæ, prima est proditio.
Si prodidit castrum, vel terram inimicis, vltra mortale tenetur de omni damno.
Si prodidit res proximi volentibus eas auferre iniustè, vltra mortale similiter tenetur ad restitutionem.
Si habita sub sigillo secreto, vel ꝯfessionis, reuelauit, hẽs, Cõfessio, vlti. S. 1. & S. 13.
Si aperuit literas alterius sigillatas, vide, Falsarius. S. 2.
Si secreta domini sui reuelauit in eiꝰ damnum, vltra mortale tenetur ad restitutionem, vide, Feudum. S. 16.
De fraude, quæ est. 2. filia, habes fraus.
Si fecit fraudem legi, Ibidem. S. 2. (S. 6.
Si fraudauit iustas gabellas, vide, Pedagiũ.
Si vẽdidit vnã rẽ pro alia, puta vinũ limphatũ pro puro, corrupta ꝓ sanis, pecus pro castrato, & hmõi, habes, Emptio. S. 8.
Si aliquam fraudem fecit in deceptionem proximi, vide, Dolus. S. 9.
De fallacia, quę est tertia filia, habes Falsarius.
Si falsificauit aliquod instr̃m, bullam, vel librum, vide, Excommunicatio. 5. casu. 3. & Falsarius. S. 1. cum sequentibus.
Si destruxit instrumenta, vel scripturas, vide Falsarius. S. 3.
Si occultarit scripturam, vide, Restitutio, primo in litera, scripturas.
Si falsificauit sigilla prælatorum, vide, Falsarius. S. 2.
Si falsificauit mensuras, Ibidem.
Si monetam, Ibidem. S. 4. cum seq.
Si ex falsa causa obtinuit aliquod beneficiũ ecclesiasticum, vltra mortale tenetur renunciare, si aliàs non obtinuisset, vide, Rescriptum. S. 3.
De inquietudine mẽtis, qua quis nimis sollicitus est circa temporalia, & tunc est mortale peccatum, quãdo per eam quis omit-

omittit necessaria ad salutem, aliàs est veniale peccatum, vide, Inquietudo.

De violentia, quæ est. 5. filia, satis patet in 7. præcepto, & in titulo, rapina.

De immisericordia, quæ est. 6. filia, qua nõ subuenit quis indigenti, habes Auaritia §. 3. &, Eleemosyna. §. 1.

De acceptione personarum, quæ est. 7. filia Habes, Acceptio personarum. Si in iudicio accepit personam, vel in distribuendis officijs, vel beneficijs per eleemosynis, vide ibidem per totum.

Si in electionibus non eligit magis dignũ, vide, Electio. §. 21.

De turpi lucro, quod est. 8. filia, vide, Turpe lucrum; & tale est peccatum, quale illud, propter quod acquirit. vide infra, restitutio. 1. in ver. turpe lucrum.

De ludo, qui prouenit aliquando ex auaritia, vide, Ludus per totum.

Si lusit ad pilã, vel aliũ ludũ, ĩ quo versatur industria, Vide, Lud⁹. §. 2. quando licet.

Si ludit ad ludũ, in quo versatur fortuna, Ibidem. §. 4.

Si stetit ad inspiciendum ludentes, vide ibidem. §. 6.

Prodigalitas est contraria auaritiæ, sed tamen peccatum, vide Prodigalitas.

Si superfluè expendit rẽ in põpis, equis, & hmõi, notabilis excessus videtur mortalis, vt patet, Ornatus. §. 6. & ibi vide.

16 Circa luxuriã, q̃ est capitale vitium, vide, Luxuria & d̃ hoc habes §. 6. p̃cepto.

Circa verò filias luxurię, quatũ. 1. ẽ cæcitas mentis, de qua, Cæcitas mentis, in prin.

Si ita occupatus fuit in mundanis mente, ꝙ nesciit aliquid de deo intelligere, vel necessaria ad salutem, vide ibid. §. 1.

De præcipitatiõe, quæ est. 2. filia, vide; Præcipitatio.

Si fuit præceps in operibus suis cõtemnẽs considerare, vel in periculum, vide ibi.

De inconsideratione, quæ est. 3. filia luxuriæ, vide, Inconsideratio.

Si fuit incaut⁹, maximè vbi imminebat periculum, vel vbi tenebat de leui, vel leuissima culpa, quia licèt excusetur aliquando à mortali, non tamen ab obligatiõe restitutiõis, vt habes, culpa. §. 5. & 6.

De amore sui, quo quis quęrit delitias, & quietem, vide, amor sui.

De amore sœculi, qui est. 5. filia luxuriæ, habes, Diligere. §. 3.

Si voluit perpetuò stare in mũdo, vide ibi.

Si dilexit mundum, constituens ibi finem, vel ad voluptatem, vide ibid.

De horrore futuri sęculi, ex quo homo vellet nunquam mori, vide Diligere. §. 3.

De inconstantia, quæ est. 7. filia, habes Inconstantia.

De odio dei, quod est octaua filia luxuriæ, Habes, Odium Dei.

De stultiloquio, aut scurrilitate, quæ sunt filiæ luxuriæ, dic si vsus est verbis libidinosis, aut inhonestis, aut gestibus vel ad prouocandum alios, vel vnde probabiliter habent prouocari ad luxuriam, est mortale peccatum. Idem dic de turpiloquio, vide Scurrilitas.

17 Circa gulã, quæ est aliud capitale peccatum, sunt formandæ interrogationes circa eius species.

Si pręuenit horam in comedendo.

Si nimis lautè comedit.

Si nimium studium apponit.

Si nimis comedit.

Si cum nimio ardore, seu appetitu; & quãdo gula sit mortale peccatum in prædictis, Habes, Gula.

De eius filiabus, quarum prima est Ebrietas vide Ebrietas, quãdo est mortale peccatum.

De hebetudine mẽtis, quæ est. 2. filia, vide, Hebetudo.

De inepta lætitia, scias, ꝙ non est mortale peccatũ nisi ꝑ ipsã dissolueret qs in ea, q̃ sunt mortalis peccati, vt chorizãdo in casu ꝓhibito. & hmõi; aliàs est veniale peccatũ, vide, Chorea, &, Ludus §. 2.

De multiloquio, quæ est. 4. filia, habes, Multiloquium, per totum.

De scurrilitate q̃ ẽ. 5. filia habes Scurrilitas.

Si fecit actus ita scurriles, ꝙ ad prouocandũ ad luxuriã sũt efficaces, vr̃ mortale.

De immunditia, quæ est. 6. filia gulæ, vide, Immundicia.

Si cõmedit, vel bibit, vt possit luxuriari, quia est mortale, secus est, si vt satisfaceret vxori in redditione debiti, q̃a sic nullum peccatum, vel veniale, quando hoc fecit, vt magis delectaretur cum vxore.

18 Circa inuidiam, quæ est aliud capitale pec-

peccatū,vide, Inuidia, & quomodo est mortale peccatum.

De eius filiabus, quarum prima est odium proximi,de quo vide,Odium dei. & sic intetroga.

Si desiderauit malū proximi,& quanto tpe pseuerauit, & si sæpe in huiusmodi occupauit mentem,quia quoties delibera tè desiderauit malū pximi,toties morta liter peccauit,si erat notabile malū, & p diuersa tēpora. Similiter quando in eadē cogitatione trāsibat nunc de desiderio mali in reb⁹ ad desideriū mali in psona,vel i filijs,qa sicut sūt diuersa subiecta ita vident diuersa mortalia peccata.

De tristitia in psperis q̄ est.2.filia. Si tristatus est de bono notabili pximi delibera tè propter inuidiam,est mortale peccatū,vt prælatus de maiori prælatione. Doctor de maiori cōcursu. Miles de maiori lucro. Scholaris de maiori ingenio. Ciuis de maiori honore. Mercator, vel Artifex de maiori credito. Spiritualis de maiori fama,& hmōi,vide, Inuidia,

De lætitia in aduersis proximi Idem dic, vt supra,& vide ibidem.

De susurratione,vide,Susurratio.

Si quæsiuit seminare discordias, reportando malum alteri de altero, Ibidem.

De detractione vide,Detractatio,per totū, quomodo est mortale peccatum,& quo modo tenetur,per totum.

Si dixit malum de proximo falsè, Ibidem.

Si verū dixit,sed quibus non debuit, Ibid.

Si augmentauit malum, Ibidem.

Si audiuit libenter detractiones,Ibidem.

9 Circa irā,quæ est aliud capitale peccatum,de quo habes,Ira.

Si appetiuit vindictam de proximo, Ibidē.

Si noluit loqui cum proximis,nec reconciliari,vide,Diligere deum S.2.

De filiabus eius, quarum prima est tumor mentis, dic vt supra in prima filia inuidiæ.S.15.& j.tumor,& de implicatione in hmōi cogitationib. de vindicta fienda secūdū regulam supradictam, Ibidem.

De 2.filia,scilicet indignatione,habes, Indignatio.

De 3.filia,quę est clamor,vide, clamor.

De 4.filia,q̄ est contumelia,seu conuitium habes,Cōtumelia,& Conuitiū, aduerte hic,q licèt quis non dicat conuitiū, vel contumeliā,vt ei auferat honorē, sed cā correctionis,sed tñ dicit talia,quæ de se notabiliter lædunt, puta mulieri, q est putana,& hmōi, & audientes scandalizantur de tali, cui dicitur, quia sic credunt esse,non excusaretur à mortali peccato;& hęc adde ad ver.cōtumelia.S.2.

De.5.filia,quę est rixa,habes,Rixa.

De maledictiōe,q̄ est 6.filia,habes,Maledi.

De blasphemia dictum est supra.S.5.

De bello similiter S.10.

De seditione,quæ est.7.filia,habes seditio.

Si tenet partialitatem, vel eam sequitur paratus qualitercunque pro parte, est in statu damnationis,nec potest absolui, nisi disponat dimittere.

De murmuratione,habes,murmuratio.

Si murmurauit contra deum deliberatè tenens eum iniustum,quia mortale.

Si contra prælatos ipsos temerariè iudicādo,mortale est.

10 Circa accidiā, quæ est vltimum capitale peccatum,vide,Accidia.

Si dimisit necessaria pp accidiam, Ibi.S.1.

Si pœnituit se bene fecisse,Ibidem.

Si incurrit infirmitatem notabilem pter tędium,est mortale,quando potest se iuuare,vide,Accidia.S.1.

De filiabus eius,quarum prima est desperatio,vide,Desperatio.

De secunda,quę est malitia,quæ est peccatū in spiritū sanctū, quòd habet sex species. Prima dicitur præsumptio de misericordia dei sine meritis.Secunda desperatio,qua desperat de misericordia dei. Tertia impugnatio veritatis agnitæ,vt liberius possit peccare. Quarta inuidētia fraternæ gratiæ, ex qua vellet q oēs essent mali, & nullus bonus, nè esset sibi cōfusio male viuere.Quinta obstinatio. Sexta impœnitentia;vide Peccatum.S.3.

De tertia filia,quę est pusillanimitas,vide, Pusillanimitas.

Se desijt bona facere, ad quæ tenebatur ex pusillanimitate,vtputa corrigere fratrē, vide,Correctio fraterna. S.1. & similia.

Si verò dimisit non necessaria, est veniale peccatum.

De 4.quę est ociositas,dictum est supra.in 3.præcepto,& habes in titu.Ociositas.

De

De. 5. filia, quæ est pigritia, seu torpor, vide, Torpor.
De 6. quæ est euagatio mentis in illicita, Habes, Euagatio mentis.
De 7. quæ est negligẽtia, vide. Negligẽtia.
Si fuit negligens in addiscendo necessaria ad salutẽ, in confitẽdo, in suscipiendo sacramẽta, in operibus misericordiæ exercẽdis, quæ qñ sit mortale peccatum, patet, Negligẽtia. S. 1. Aduerte hic, quia si quis ex negligentia omittit implere vnũ præceptum, puta de confitendo semel in anno, solùm est vnum peccatum mortale, sed si deliberauit sæpius nolle confiteri, tot sunt peccata mortalia, quot sunt deliberationes factæ per interualla téporis, quod no.
21 Circa opera misericordiæ spũalia, q̃ sũt Cõsule, castiga, dimitte, solare, fer, ora.
Si noluit dare consiliũ petẽti in his, q̃ pertinent ad salutem, vel in re, vnde notabile damnũ põt euenire proximo, cũ in posset, mortale ẽ, vel qñ habebat ex officio.
Si nõ correxit, quos debuit, & tenebat, hẽs, correctio plato:ũ & Correctio fraterna.
Si dimisit rancorem contra proximum, dictum est supra. S. 18.
Si nõ fuit cõsolatus tribulatos, posset esse mortale in plato, qñ subditi ex tali omissione inducuntur in desperationem, vel aliud malum, & ipse bono modo posset salua disciplina.
Si nõ orauit ꝓ oib⁹, posset esse graue ĩ illis q viuũt d eleemosinis magna negligẽtia.
22 Circa opera misericordiæ corporalia, q̃ sunt, visito, cibo, poto, redimo, tego, colligo, cõdo, q̃ tũc, cũ præuaricantur, sunt mortale peccatũ, qñ ex eorũ omissione notabiliter lædit̃ ꝓxim⁹, & hõ põt bono mõ facere, puta si plat⁹ visitaret infirmũ, quẽ visitare posset, nõ desperaret, sed cõfiteretur. Eget cibo, & potu, & habes vltra cõdecẽtiã tui stat⁹. Est in captiuitate, & redimere posses de supfluitatib⁹ tuis. Est nud⁹, & tu caudã ducis. Est sine domo, & tu habes ampla palatia. ex dictis s̃. Auaritia, & eleemosyna, potes colligere, qñ hõ tenetur de præcepto.
23 Circa 5. sensus, q sunt visus, gustus, auditus, odoratus, & tactus, ĩ qbus sæpius põt esse mortale, vt si voluit videre, quę sũt mortalis peccati ĩ eo, qd facit, vel inductiua ad mortale, de quo habes, curiositas. Idẽ dic de auditu. Gust⁹ aũt, & odoratus cõiter sunt venialia. Tactus qñque mortale, cum causa luxuriæ, vel morosæ delectationis, vt supra cogitatio.
24 Circa ꝓcepta eccl'æ, q̃ gñaliter tãgũt oẽs dictũ est s̃. in 2. filia inanis gloriæ. S. 14.
25 Nũc de statib⁹ aliqua particularia sunt ponenda, in quibus sunt interrogãdi vltra ea, quæ supra posita sunt contra præcepta, & in peccatis capitalib⁹, & primò.
Circa pueros doli capaces sunt interrogandi de iniectione manuũ violenta in personã ecclesiasticã, ex qua possent esse excõicati, de quo habes supra, Excõicãtio. 5. S. 1. cum multis se. Postea de confessione, & communione, si fecerunt, de pnĩa, de inobediẽtia, de mẽdacijs, de ĩhonestate, auditiõe missæ, de furtis, & similib. in quib. cõmuniter illa ætas solet peccare.
26 Circa Christianos in communi, si suscepit sacramenta necessitatis, & quæ sint, Vide, Sacramentum. S. 6.
Si portauit habitum infidelium, vide, Apostasia. S. vltimo.
Si nimiam familiaritatem habet cum Iudæis, vel cũ infidelibus, vide, Iudæ⁹. S. 1.
Si fecit ↄtra consciẽtiã, Vide, Conscia. S. 1.
Si habuit ratum aliquod malũ factum nomine suo, Vide, Consensus. S. 4.
Si alicui consulit aliquod peccatũ, vel malum, Vide consilium. S. 1.
Si contempsit aliquam exhortationem superioris, Vide Contemptus. S. 1.
Si quando tenebatur, habuit contritionem de peccatis, Vide Contritio. S. 4. & 5.
Si correxit, quos sciuit velle delinquere, vide, Correctio fraterna. S. 1.
Si denunciauit prælatis peccata, quæ sciuit, Vide, Denunciatio. S. 1.
Si in dubijs tutiorem partem elegit, Vide, Dubium. S. 1. & 2.
Si existẽs excõicat⁹, vel interdictus, & monitus a celebrantibus, vt exiret ecclesiã, noluit exire, Vide, Excõicatio. 5. casu. 15.
Si famam suam neglexit, vide, Fama. S. 1.
Si incarcerat⁹ fugit, Vide, Fugere. S. 1. & 2.
Si vsus est habitu fœmineo Vir existens, vel e contrario, aut religionis, Vide, Habitus. S. 7. & 8.

Si

Si fuit histrionus, vide, histrio. §. 1.
Si impressit in terra, vel in lapide humi-posito signū crucis, vide, Imagines. §. 4.
Si fecit aliquod enorme in ecclesia, vide, immunitas. per totum.
Si sciuit necessaria ad salutem, vide, Scientia. §. 1.
Si fuit excomunicatus ab aliquo iudice, vide, absolutio. 2. & . Excōmunicatio primò, per totum.
Si iniecit manus violentas in personam ecclesiasticā. vide, Excommunicatio. 5. §. 1. cum multis seq.
Si nominatim iterdictos, excōmunicatos, vel vsurarios sepeliuit, vide, Excōmunicatio. 7. Casu. 36.
Si contraxerunt matrimonium in casibus consanguinitatis, vel affinitatis prohibitis, vide, Excomunicatio. 7. Casu. 41.
27 Circa ambasiatores dominorum, vel communitatum.
Si steterunt absentes sine causa, vel pro factis suis in expensis dominorum, vel cōmunitatum, vide, Absens. §. 1.
28 Circa tutores, vel curatores, aut administratores rerum alienarum.
Si infideliter se habuit in commissis fraudando, vel dilapidādo, aut non bene ministrando, vide, Administratio §. 1.
Si exegit vsuras pro pupillis, aut alio modo fecit pro eis contractus illicitos, vide, restitutio. 1. in litera, vsurarius.
29 Circa coniugatos.
Si contraxit clandestinè, vide, Clandestinū. vel in gradu prohibito, vide, Matrimonium. iij. per totum.
Si consummauit ante benedictionem, vide, Debitum. §. 1.
Si negauit debitum petenti, vel reddidit se impotentem, Ibid. §. 6.
Si cognouit cā satiandæ libidinis, Ibi. §. 13.
Si cognouit habens intentionem ad alteram, ibidem. §. 21.
Si vsus est matrimonio extra vas, vel modo indebito, Ibid. §. 25.
Si tempore menstrui, Ibidem. §. 32.
Si in dieb. festiuis, vel in ecclesia. ibid. §. 28. & §. vltimo.
Si prægnationis tempore, Ibidem. §. 33.
Si per tact⁹ habuit pollutionem extra vas, ibid. §. 26.

Si exegit, vel reddidit debitum adultero, vel adulteræ, ibid. §. 8.
Si contraxit excommunicatus, vel in peccato mortali existens, quia peccauit mortaliter contrahendo per verba de præsenti, vide, Matrimonium. 2. §. vlt.
Si non contraxit ea intētione, qua debuit, vide, Matrimonium, 2. §. vltimo.
30 Circa vxores, si fuit litigiosa in domo, & de reliquis, de quibus supra. §. 19. vbi tractatur. de ira.
Si habuit dotem de vsuris, vide, Restitutio primò, sub litera, Vsurarius. §. 19.
Si fuit inobediens viro, vide, Obedientia, &, inobedientia, per totum.
Si procurauit sterilitatem, vel vsa est superstitiosis, vt haberet filios, vide, Matrimonium. 2. §. 23. cum duobus seq.
Si dedit bona viri cōtra eius voluntatem, vide, Eleemosina. §. 7. & vide, Furtum. §. 34. & 35. & 47.
Si non habuit bonā curā de filiabus maximè, & si docuit eas vanitates, & hmōi, in quib⁹ sunt multa mortalia, non duxit ad missas, prædicationes, sed choreas, patet per supradicta, quando est mortale.
Si vsa est ornatu indebito, vide, Ornatus. per totum.
Si violauit fidem viro, vide, Adulterium, in princ. & in seq. maximè. §. 3. & 4.
31 Circa viros. Si stetit nimis in remotis causa cupiditatis contra voluntatē vxoris, vide, Debitum. § 6.
Si non seruauit fidem, vel habet concubinam, quia non est absoluendus, nisi a se eijciat, vide, Concubinarius. §. 1.
32 Circa patrēfamilias. Si alimenta dedit, qbus tenebatur, vide, Alimenta, p totū.
Si soluit dcimas dbitas. vid, Decima. §. 1. 2.
Si fecit eleemosinas. vide, Eleemosina. §. 1.
Si ministrauit necessaria familiæ, tam corpori, quàm animæ, docendo & huiusmodi, vide. §. 1. & Filius. §. 21.
Si non dotauit, seu maritauit filias tempore debito, vide, Dos. §. 4.
Quomodo tenetur ex facto familiæ, habes, dominus. 2. §. 2.
Si prouocauit familiam suā nimis exasperando, & furiosè & cætera, vt infra, ira. & supra §. 19.
Si nō procurauit, vt cōfiteret semel ī anno,

& communicaret, videtur mortale peccatum, & in ver. familia. §. 1.

33 Circa filiosfamilias, si furat⁹ est res patris sui, vt expēderet in superfluis, vel ludis, aut alijs malis, quia est mortale.

Secus, si accepisset ꝓ faciēdis sibi vestimentis, aut calceamētis, aut alijs necessarijs, quia sic liceret, ex quo pater non prouidit, vt tenetur, & de reliqs, vt supra. §. 7.

34 Circa Doctores, & Magistros.

Si quæsiuit magisteriū, seu doctoratum pp honorē principaliter, vide, Honor. §. 4.

Si fecit se promoueri ad doctoratū, & existens ineptus & ignorans, vr̄ mortale per c. 1. & c. quanto, de magistris.

Si legit principaliter propter honorem, vide, Honor. §. 7.

Si legit scientias prohibitas, vel personis prohibitis, vide, Magister. & quæ sunt personæ prohibitæ, vide, excommunicatio. 7. Casu. 6. & 7.

Si ex pacto receptus est in canonicum, vt scholas regat, vide, Magister. §. 10.

Si exegit existens salariatus a scholaribus aliquid, vide ibidem. §. 11. 12. & 13.

Si exegit aliquid pro licentia docendi danda, ibidem. §. 5.

Si admisit ignorantes ad doctoratum, mortaliter peccauit, quia ex tali facto dicit mendacium periculosum.

Si non exegit iuramentum a doctorando, quod non expendet plus, quàm debet in doctoratione, ibidem. §. vltimo.

Si existēs in mortali notoriè, docuit publicè in theologia, quia mortaliter peccauit ſm Petrum, vide, Prædicare. §. 7.

Si seruauit iuramenta vniuersitatis, vide, Iuramentum. 6. §. 2. & 3.

Si iactauit se de doctrina alios vituperādo aliquādo, & in pluribus, potest esse mortale, vide supra. §. 14. & 18.

Si notabiliter fuit negligens circa profectū scholarium, videtur mortale, vide, negligentia.

Si verberauit aliquem crudeliter, videtur mortale, quia solū leuis castigatio eis ꝑmissa est. c. cum voluntate. §. si qui vero, de sententia excōmunicationis; & si erāt clerici, esset excōicatus, vide, Excommunicatio. 5. Casu. 1. §. 10. & 11.

Si iniusto modo, puta detrahendo, vel per sectas subtraxit scholares alteri⁹ doctoris, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem, si iam intrauerant ſm Ioā. de Ligna. secus, si nondum intrauerant.

Si impediuit propter odium, vel partialitatem doctorandum, vel in collegio recipiendum idoneum, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem damni.

35 Circa scholares, si seruauit iuramenta vniuersitatis, vide, Iuramētū. 6. §. 2. & 3.

Si fecit sectas pro rectore fiendo, multa mortalia ibi adueniunt.

Si elegit rectorem insufficientem, vr̄ mortale ſm aliquos, sed hoc non determino in vniuersitatibus scholarium.

Si studet in prohibitis scientijs. vide, Magister, & supra, Excommuni. 7. casu. 6. & 7.

Si sæpe contendit contra veritatem, nè succumbere videatur, vide supra. §. 14. in septima filia.

Si studet propter malum finem, quia tale peccatum, qualis finis, vel propter honorem, vide, Honor. §. 7.

Si studuit curiosa, dimittēdo necessaria ad salutē, est mortale pc̄m. vide, curiositas.

Si tractauit cum aliquo ciue Bononiensi de conductione hospicij alterius scholaris, vide, excōmmunicatio. 7. casu. 4.

36 Circa medicos, si existens ignorans medetur. Vide, Medicus, in prin. & §. 1.

Si in medendo non fuit secutus traditiones medicinę, sed voluit facere experimenta ex capite suo in periculum notabile proximi, ibidem.

Si prolongauit infirmitatem. ibidem.

Si consuluit aliquid contra salutem animæ pro sanitate corporis, ibidem. §. 7.

Si nō admonuit infirmū efficaciter, vt confiteret in principio infirmitatis, ibi. §. 13.

Si prægnanti aliquid dedit, vt filius moreretur, peccauit mortaliter, quia nō sunt facienda mala, vt bona eueniant.

Si dedit medicinam, de qua dubitat, an noceret, ibidem. §. 2.

Si non annunciauit mortem infirmo, ibidē. §. 12.

Si non debito modo visitauit infirmos, posset aliquando esse mortale.

Si pauperibus noluit mederi gratis, ibidē. §. 2.

Si habuit partē cū aromatario, & propter hoc

hoc grauat īfirmos emere ab eo cū eorū damno, quia sic teneret eis ad restitutio nem ex quo ei soluerunt; secus, si ex hoc nullum habent damnum.

37 Circa aromatarios. Si in cōponēdis me dicinis nō posuit, quę medicus ordinauit, sed vnū pro alio, vel corrupta & quę virtutē nō habebāt ex vetustate, pro bonis, & huiusmodi, ex quib⁹ sequitur vel prolongatio infirmitatis, vel aliud malum proximo infirmo, quia vltra mortale tenetur ei ad restitutionem.

Si vēdidit venena, vel quę faciūt aborsum, & huiusmodi illis, de quibus sciebat nō debere vti ad bonum, vide, Ars.S.2.

Si sophisticauit aromata ponens in speciebus vnum pro alio, vel in syrupis, aut in cādelis, & huiusmodi, vide, Emptio.S.8.

Si vēdit diminuto pondere, aut falso, & huiusmodi, vide, Falsarium, S.11.

38 Circa mercatores, si portauit prohibita infidelib⁹, vide, Excōicatio.5. Casu.11.

Si negociatur propter malum finem, vide, Negocium.S.2.

Si in loco sacro tenuit mercatum, vide, immunitas.S.3. & Negocium.S.2.

Si carius vendidit, quam emit in eodem loco, Emptio.S.10. & īfra, Negocium.S.3.

Si vendens pro alijs, aliqua vendit pro.12. & solū.10. dat dn̄is rerū, Emptio.S.28.

Si vendidit vnum pro alio, vel corrupta ꝓ bonis, vide, Emptio.S.8.

Si vsus est falsis mensuris, & huiusmodi, vide, Falsarius.S.11.

Si vendidit rem plus iusto precio, aut ꝓp tempus solutionis, & hmōi, vide, Emptio.S.7. Et, vsura.1.S.33. & 34.

Si fecit cambia, vide, vsura.1.S.2. cum seq.

Si fecit aliquos contractus vsurarios, vide, Vsura.1. per totum.

Si composuit cum alijs, vt vēdant vno precio in damnum reipublicæ, quia vltra mortale tenetur damnificatis, vide, Negocium.S.2. Et emptio.S.17.

Si expendit falsas monetas sciēter, est mortale, & tenetur ad restitutionem, licet ipse etiam fuerit deceptus ab alio, supra, Falsarius.S.4.

Si bonas monetas radit, vide, Falsarius.S.4. cum sequentibus.

Si emit res raptas, vel furatas, vide, Restitutio.1. in litera, Emens rem raptam.

Si infideliter se habuit in societate, quā hēt cum aliquo, vide, Societas.1. & 2. per to.

Si vēdit in festis, vel cū mēdacijs, periurijs, & alijs illicitis, vide, Negocium.S.2.

39 Circa proxenetas, si mediator fuit contractuum vsurariorum, vide, Restitutio.1. in litera, Vsurarius.S.5.

Si male consuluit scienter in aliquo contractu, quia vltra mortale tenetur de damno dato, vide, Dolus.S.9.

Si decepit in precio dans intelligere vni, ꝙ vult tantū, & alteri, ꝙ non potest habere nisi tantùm, vide, Dolus.S.9.

40 Circa artifices, si fecit artē, cuius opus est ad malum, vt taxillos, & huiusmodi, vide, Ars.S.2.

Si accepit insignia alterius magistri, vide, Insignia, De fraude ī arte, ī mēsuris, & hmōi, vide Falsari⁹.S.11. &, emptio.S.8.

41 Circa lanifices, si vendit pannū vni⁹ lanæ ꝓ alia, vel tincturæ, vide, emptio.S.8.

Si soluit laboratoribus de panno, aut vēdendo vltra iustum precium, & emēdo pro viliori, vide, Vsura.2.S.60. iuncto.S.15. in verbo, solutio.

Si filatoribus dedit.14. vncias pro libra, tenetur ad restitutionem, nisi sic a principio conuenisset, nisi filatores facerent ex necessitate magna.

Si pannum nimis traxit, vide, emp.S.8.

Si nō soluit laboratorib. vide, solutio.S.1.5.

42 Circa tabernarios, si vendidit vinū limphatum pro puro, vide, emptio.S.8.

Si miscuit in vino nociua, ibidem.

Si tenuit meretrices, vel lusores, oīa peccata ei imputabuntur.

Si scienter administrauit ad ebrietatem alterius, vide, Ebrietas.S.1.

Si ex culpa sua ꝑdidit sibi tradita in custodia, vide, Custos, ī prin. & Nauta, ī princ.

43 Circa macellarios, si vendidit carnem corruptam pro sana, de pecude pro castrato, & huiusmodi, vide, Emptio.S.8.

44 Circa pistores, si fecit panem nimis pōderosum, vel immiscuit aliam farinam, & huiusmodi, vide, Emptio.S.8.

45 Circa sutores, si fecit vestes impudicas, quæ non possunt deferri sine peccato mortali, vide, Ars.S.2. & hoc quando fit, vide, Ornatus, per totum.

Si malè incidit ex culpa sua. Vide, culpa. §. 5. & 6.

Si furatur de panno serico, & huiusmodi, vide, furtum, per totum.

46 Circa aurifices, si vēdidit aurū alchimi cum pro vero, Vide, emptio. §. 8.

Si cudit monetam sine licentia principis, Vide, falsarius. §. 4. cum seq.

Si radit eam, vel facit aquam, vnde aliqd imminueret, Ibidem. §. 8.

Si emit lap dē pretiosum pro vili ab illo, q ignorabat, vide, emptio. §. 7.

47 Circa alchimicos, si laborauit in dicta arte, Vide, Alchimia.

48 Circa daciarios, si exegit dacia iniusta, Vide, Pedagium. §. 1. cum seq.

Si exegit a personis ecclesiasticis, ibid. §. 4.

Si imputauit fraudē dacij, vbi non erat, vltra mortale tenetur ad restitutionem totius damni.

Si fraudauit socios, vltra mortale tenetur ad restitutionem.

49 Circa musicos, & histriones, si pulsauit his, qui ex libidine chorizabant, vel illicitè, vide, chorea.

Si gestus impudicos prouocantes ad peccatum mortale fecit. vide Histrio.

50 Circa laboratores, & rusticos.

Si non laborauit fideliter, in notabili excessu esset mortale peccatum.

Si permisit bestias nocere in agris & hmōi tenetur ad restitutionē, si fuit in culpa.

Si fraudauit dominum in parte sibi dāda, tenetur ad restitutionē, nisi dñs in alio grauasset eum. Vide, Furtum. §. 40.

Si non seminauit possessiones, vel coluit, quas tenebat, sicut debuit. vide culpa. §. 5. & 6.

51 Circa venatores, si in diebus festis per dita missa, vel per totam diem se occupauit. Vide, Feriæ. §. 9.

Si dedit damnum in agris, quia tenetur (si est notabile) ad restitutionem.

52 Circa locatores, si sciēter locauit equū periculosum, aut vas vitiosum, vide, Locatio. §. 23.

Si conductor fuit in culpa perditionis rei locatæ, ibidem. 24. §.

Si petit mercedem, quā non debuit, vel soluit minus, quā debuit, Ibid. §. 22. & 13.

53 Circa laborātes in filādo lanā, vel tingēdo setā, & hmōi, qui tenentur Primò si furantur. Secūdò si male laborant, vel destruunt. de quo vide, Locatio. §. 13.

54 Circa reueditores rerū, si finxerunt, q non poterant vendi nisi pro tanto, & tū vel erāt. q emerunt pro plus, vel ipsi pro modico emerūt, vt ꝑ pluris venderēt, tenētur ad restitutionē, qa per fraudē acquisierunt. Item si vendiderint pro plus, quā tribuāt domino, vide, Emptio. §. 28.

55 Circa Iudices, si habuit iurisdictionē ab aliquo nō verò dño. vide, Dñs, in princ.

Si dedit iniquam sententiam scienter, vel per ignorantiam, aut negligentiam. Vide, Iudex. §. 21. cum sequenti.

Si existens ignorans non elegit bonum assessorem, Ibidem. §. 22.

Si elegit assessorem in fraudem, cum non indigeret, vide, Iudex. §. 16.

Si accepit pecuniam, vt iudicaret, vel non iudicaret, aut vt iniquè contra iustitiam vide, Iudex. §. 8. cum multis sequentib. & Suspensio. 1. §. 29.

Si nō seruauit ordinē iuris, videt mortale, nisi aliqua cā vrgēs ad hoc impelleret.

Si reo dedit dilationes indebitas, qa vltra mortale tenet parti læsæ ad restitutionē.

Si reo fecit īterrogatiōes, ad quas nō tenebat rñdere, vide, cōfessio delicti, ꝑ totū.

Si posuit ad torturam sine legitimis indicijs, vide, Tortura. §. 1.

Si allegationes friuolas admisit, quia vltra mortale tenetur læso ad restitutionem.

Si appellationē legitimā nō admisit, vel friuolā admisit, qa vltra mortale tenetur parti læsæ, ſm q dico, Appellatio. §. 15.

Si pauperibus non prouidit de aduocato, vide, Aduocatus. §. 10.

Si pęnā relaxauit, vel auxit, vide pęna. §. 18.

Si arrestauit aliquem, vel bona eius descripsit, vel officiales misit, vt sic pecuniam extorqueret contra iustitiam, vel aliqd aliud inuenit, ex quo pecunias haberet, quia tenetur ad restitutionem.

Si ī sentētia apposuit clausulā obscurā vt ille ꝯ quem dabatur, se posset defendere contra iustitiam, quia vltra mortale tenet ad restitutionē de dāno dato parti.

Si partem non cōdēnauit in expensis, cum deberet, & peterentur, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem parti.

Si

Si vt extorqueret pecunias modo suo, fecit, q̄ id, qd' iure ordinario debebat expedire, faceret iure delegato.
Si non purgauit prouinciam malis hominibus vide, Iudex §.7.
Si iudicauit secundùm allegata contra veritatem, quã sciebat, vide, Iudicare. §.7.
Si sententiam alicuius censuræ ecclesiasticę protulit sine monitione, & scriptis. Vide, Suspensio. 1.§.16.
Si iudicare præsumpsit non sibi subditos nec ratione rei, vel delicti, vide, Iudicare. §.7.
Si ptraxit sentẽtiã in lõgũ, vt pecunias extorqueret, mortaliter peccauit, & tenet ad restitutionẽ nõ solũ pecunię acceptę à parte, q̃ iustitiã habebat, sed & ad oẽ datum, quod habuit ex tali dilatione.
Si interposuit autoritatẽ in aliquo cõtractu mulieris, vel minoris in eorũ dãnũ pro pter pecuniã, vel amicitiam, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem læso.
56 Circa officiales Dñorũ, & Cõitatum.
Si comminatus est alicui, nisi ei daret &c. vide, Concussio.
si exegit iniusta grauamina de mãdato sui superioris, q̃a vltra mortale tenetur ad restitutionẽ toti⁹ exacti, si ille non vult restituere, in cuius vtilitatẽ est exactũ.
si executus est iniquam sententiam, vide, Iudicare §.7.
si non obuiauit malis, quantum potuit, bo no modo, vide, Consentire §.1.
si fuit proditor terræ, vel castri, habes. s. Auaritia. 26 §.1 5. in prima facie.
si fuit officialis tyranni, aut iniusti domini vide, Dominus, in prin.
si nõ accusauit, quos tenebatur ex officio, q̃a si ex iuramẽto tenebat, erat mortale peccatũ, aliàs nõ semper, vide Pęna. §. fi.
si emit officia, vel super ipsa mutuauit, vide, Officium. §.2.
si habens soluere de pecunia domini, vel communitatis alijs extorsit tantum pro ducato existens ipse salariatus, quia restituere tenetur vide, officium. §.3.
si quos inuenit de nocte, dimisit pp pecuniã cõtra statuta, quia videtur mortale.
si seruauit statuta, q̃ iurauit in prin. officij.
57 Circa consiliarios dominorum, vel cõmunitatum.
si existens in consilio consensit alicui malo, vide, Consentire. §.2. &, Consiliũ. §.1.
si dedit fraudulentum consilium, Ibidem.
si proposuit aliqua in cõsilio in damnum aliquorum, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem damni totius, quando fine eo non fuisset, Consilium. §.1.
si consensit ad aliqua statuta fienda, quæ erant iniusta, aut contra libertatem ecclesię, vide ibidem, &, Excommunicatio 7. Casu. 12. & Casu. 43.
si res communitatis permisit dilapidari, vel ex inutilibus commissionibus, aut qualitercunque, vide, Administratio.
58 Circa arbitros, vel arbitratores.
si iniquam dedit sententiã scienter, vel ex ignorantia, vide, Iudex. §.21. cum sequẽ.
si permisit expirare compromissum, vide Arbiter. §.1.
si pro spirituali dedit temporale in recompensationem, vide Ibidem. §.7.
si pro pace abstulit ab vno, & dedit alteri, vide Ibidem. §.6.
59 Circa accusatores, si accusauit aliquẽ mala intentione, vide, Accusatio. §.6.
si accusauit aliquem calumniosè, vide Ibidem. §.8.
si iurauit non accusare, Ibidem. §.6.
si accepit pretium, vt non accusaret, ibid.
si accusatus r̃ndit calumniosè, Ibid. §.13.
si accusatus tacuit veritatem, ibid. §.12.
60 Circa aduocatos. Si inhibitus a iure aduocare, aduocauit, vide, Aduocatus. §.1. cum multis sequentibus.
si defendit iniustã causam, Ibid. §.13.
si amisit causam iustam per suam ignorantiam, vel negligentiam, ibid. §.12.
si immoderatũ salariũ extorsit, ibi. §.14.
si non aduocauit pro pauperibus, ibi. §.10.
si fecit pactum cum clientulo de quota litis, Ibidem. §.14.
si reuelauit aduersario secreta clientuli, vide, Falsarius. §.2.
si causam vsurariam defendit, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem, vide infra, restitutio. 1. in ver. vsurarius. §. fin.
si frustratorias dilationes quæsiuit, quia tenetur ad restitutionem parti lęsæ.
si falsas leges, vel instrumenta produxit; vel instruxit clientulum de falsitate dicenda, vide. s. Tho. 2. 2. q. 69.

Si qualitercunque fuit causa alicuius dãni in huiusmodi aduocatione, quia vltra mortale tenetur de damno parti læsæ.

Si solummodo attendit ad ordinem iudiciariũ,& nõ ad merita causę,sicut hodie communiter faciunt Aduocati, & tamẽ non excusantur a mortali, & ab obligatione restitutionis dãni,si defendunt causam iniustã quò ad merita,quantũcunq; quò ad modum procedendi sit inordinata, quia ordo non est inuentus nisi propter deceptiones euitandas.

61 Circa procuratores si defendit causam iniustam,mortale est,& tenetur ad restitutionem læso.

Si infideliter,vel negligenter se habuit,vide,Locatio.S. 23.

Si in positionibus ponendis,vel responden dis periurauit, vel fuit causa periurij, mortaliter peccauit,vide, periuriũ. S 4.

62 Circa notarios ; si ex ignorantia dictauit male instrumenta, vel testamẽta,ꝑꝑ quod proximi damnificati sunt, Vide, culpa.S.5.& 6.& infra,Tabellio.S. 6.

Si instrumenta,quæ recepit, non posuit in protocollis suis, ex magna negligentia videtur mortale peccatum in instrumentis,ex quibus ex eorum perditione proximi possent notabiliter lædi.

Si maliciosè occultauit, vel destruxit instrumenta,vide,Falsarius.S. 3.

Si falsauit instrumenta addendo aliquid, quod non fuit expressum vel alio modo vide,Falsarius,in principio.

Si non bene informauit in renuntiatione alicuius iuris ponenda in instrumento partem,quæ erat ignara, qa tenet ei de dãno eo, qa est cã deceptionis proximi.

Si fecit instrumenta in fraudem vsurarũ,vide,Restitutio.1.in litera, Vsurarius.S.6.

Si petijt indebitum salarium, tenetur restituere,facit quod dico,Emptio.S.7.

Si notarius Episcopi petit ab ordinandis salarium non secundùm instrumentum, sed secundũ qualitatem ordinis:quia est symoniacus, quantumcunque nõ fit ad saliariatus.Vide symonia.3. S.22.

Si recipit instrumẽta ꝑ testamẽto,renuntiatione,donatione, vel alia absolutione illius,qui non erat sanæ mẽtis, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem lęso.

Si scripsit,dictauit,vel redegit in publicam formã statuta contra ecclesiasticã libertatẽ,vel in fauorẽ vsurarum.Vide Excõmunicatio.7.& casu.44.

Si rogatus pro pauperibus noluit gratis facere quia tenetur,secundùm quod dico de Aduocato Aduocatus. S. 10.

63 Circa litigantes, si calumniosè accusauit aliquem,vide,Accusatio.S. 8.

Si mala intentione,Ibid. S. 4.

Si accusatus dedit pecuniam accusatori,vt desisteret,Ibidem.S. 11.

Si calumniosè se defendit,Ibidem.S. 13.

Si nõ rñdit veritatẽ interrogat⁹, qñ tenebatur.vide,confessio delicti, in principio.

Si litigauit sciens iniustam causam habere, Vide,Litigiosa.S.2.

Si habens iniustam causam,litigauit non ꝑ media iusta, sed indebita, vt puta cum mẽdacijs,periurijs, & hmõi, mortaliter peccauit ſm Th. 2.2.q.49. nõ tñ tenetur ad restitutionẽ,si aliquid obtinuit ꝑ iniustam sententiam,vide sententia.S.7.

Si appellauit causa afferendæ moræ, Vide, appellatio.S.15.

Si ratione studij, vel artis fraudulenter cõuenit aduersarium coram aliquo iudice vide,Argumentatio.S.3.

Si habens conseruatorem, procurauit, vt intromitteret se de non notorijs,Vide, conseruator.S.1.

64 Circa testes si requisitus in iudicio noluit dicere veritatem,vide,Testes.S. 26.

Si falsum testimonium dixit, Ibid.S. 30.

Si dubiũ ꝑ certo ꝓposuit,vide,piuriũ.S.3.

Si pecuniam accepit pro testimonio ferendo,vide,Testis.S.28.

65 Circa tutores,vel curatores,si bene administrauit in vtilitatibus pupillorũ, vide,Administratio,per totũ,& tutela.S.1.

Si consummauit bona ipsorum,vel sibi appropriauit,quia tenetur ad restitutionẽ, vt patet ibid.

66 Circa executionem testamentorũ, vel vltimarum voluntatum. si alienauit relictum,vide,Dos.S.26.

Si soluit đbita defũcti,vide,Hęres.S.5.&6.

Si legata impleuit,vel nimis distulit, vide, Executio.S.23.& 24.

67 Circa curiales.si fuit adulator vt obtineret beneficia,& huiusmodi,vide Adulatio,

tio,per totum.

Si proposuit dominis aliqua, vnde possent extorquere pecunias indebitè.vide,con silium.§.1.

Si bona confiscata iniquè sibi fecit donari, quia tenetur restituere.

Si fuit leno ꝑ dño, mortalia multa in hoc sępe committuntur,vide infra, restitutio.1.in ver.animam lædens.

Si totum tempus expendit in ociositate,vide,præceptum.§.5.

Si reportauit mala de alio,vt eum poneret in inimicitiam domini,vide,susurratio.

Si delectatus fuit dicere mala de alijs, vel audire,vide,Detractio.

63 Circa principes, & dominos sęculares.

Si habet dominium ex iusto titulo, Vide, Dominus,in principio.

Si neglexit facere iustitiā petentibus, quia vltra mortale tenetur eis ad restitutionem damni, quod passi fuerunt ex hoc; facit quod habes,Iudex.§.21.

Si fecit iniustitiam alicui, multo magis tenetur,ibid.

Si q̄suit ponere diuisionē ī populis, vt posset regnare,q̄a mortale ē. vide,Susurrō.

Si imposuit collectas indebitas subditis suis,vide,Tallia,in prin.&§. 1.

Si exigi fecit pedagia iniusta, vide, Pedagium,per totum.

Si fuit ambitiosus ad maius dominiū,propterea procurauit bella, vel aliud iniustū, quia vltra mortale tenetur de omni damno vide,Ambitio.§.1.

Si fecit confœderationē cū aliquo de defendendo se iustè, vel iniustè, mortaliter peccauit.

Si habuit bellū iniustū,& q̄n sit iniustū, habes Bellū.§.4.q̄uo tenet ibi.1.§.5.10.& 11.

Si posuit officiales malos,vide, Dominus. §.4.&,administratio.§. 2.

Si vendidit officia,vide,Officium.

Si ea quæ erant cōitatis,sibi appropriauit, tenetur restituere,vide,Tallia.§.1.& 10.

Si incarcerari fecit aliquem indebitè, vide carcer.§.2.& 3.

Si bāniuit aliquē indebitè,vide,Bannū.§.1.

Si non permisit testari aliquos,vide, Tallia §.10.facit in arg.tantùm.

Si coegit nubere filiā alicui⁹ alteri vt ei succedat,pōt esse mortale ƒm qualitatē rei.

Si fecit fieri torneamēta,vel hastiludia,vel spectacula inhonesta,vide,Ludus.§.6.

Si iustitiā vendidit,vide,Iudex.§.19.& 20.

Si fecit statuta,vel leges iniquas,vide, Lex §.12.& Excommu.7.casu.12.& casu.43.

Si vasallos indebitè grauauit,vel spoliauit vide,Tallia,per totum.

Si ipse vasallus existens fuit infidelis domino suo,vide,Feudum.§.16.

Si tolerauit vsurarios propter lucrum suū, vide,Vsura.2.& 14.

Si non purgauit prouinciam malis hominibus,vide,iudex.§.7.

Si propter auaritiam commutauit pœnam corporalem in pecuniariam, quia vltra mortale tenetur læsis, si propter hoc aliqua scelera facilius perpetrantur, vide infra,pœna.§.18.

Si nō tenuit vias securas,vide, Rapina.§.1.

Si pupillos,& miserabiles personas nō voluit audire, non dando publicas aliq̄ñ audientias, quia vltra mortale tenet de damno, q̄ eis infertur,vide,culpa.§.5.

Si angariauit rusticos in laboribus, & maximè in festis,vide,Tallia per totum, & Feriæ.§.9.

Si tenuit nimias pompas,aut expensas, vide,Ornatus.

Si nimis occupauit se in ludis, & venationibus,vide,Lud⁹,& Venatio,per totum.

Si dedit damnum in agris propter venationes,vide,venatio.§.2.

Si non correxit familiā,sed parum curauit eos cōpescere a peccatis,vide,correctio primò,& secundò per totum,& quomodo tenetur,vide,Dominus. §.1.

Si fuit excommunicatus vel a iudice, vel propter aliquod infrascriptorum.

Si iniici fecit manus violentas in personas ecclesiasticas,vide,Excommunicatio.5. casu.1.per totum.

Si fecit incendi,vel frangi ecclesias,vel loca religiosa,ibidem casu.5.& 6.

Si fuit insecutor alicuius cardinalis,vel de familia Papæ,aut Cardinalis, vel alicui⁹ Episcopi,vide Excommunicatio.5. casu. 9.& casu.13.

Si fecit fieri aliquam iniuriam illis,qui tulerūt aliquas sentētias excōicationis,vel interdicti,vel q̄ fuerūt causa,vt ponerētur,vel obseruarentur,vide ibi.casu.10.

Si fuit fautor hæreticorum eorum, vel impediuit officiũ inquisitoris, vide, Hæreticus, per totũ, &, Excõicatio. 5. casu. 16. & Excommunicatio. 7. casu. 18. & 29.

Si coegit celebrare tempore interdicti, vide, Excommunicatio. 5. casu. 15.

Si fuit receptator paratarũ, vel cum eis participauit, vide ibidem casu. 18.

Si imposuit noua pedagia, vel exegit prohibita, ibidem casu. 19.

Si permisit deferri prohibita infidelibus, ibidem casu. 21.

Si impediuit victualia, nè ad curiam portarentur, ibidem casu. 22.

Si volentes ire Romam, vel redeuntes cepit, percussit, & huiusmodi, ibidem casu. 23. 24. & 25.

Si impediuit, nè obediretur literis apostolicis ibidem casu. 26.

Si vsurpauit iurisdictionem ecclesiasticam ibid. casu. 28. Excommunic. 7. casu. 6.

Si Romipetas detinuit, vel spoliauit, Casu. 29. Excom. 5.

Si inuasit terras ecclesiæ, ibid. casu. 30.

Si se subtraxit ab obedientia Romani pontificis, ibidem Casu. 27.

Si corpus alicuius defuncti fecit incidi, vt alibi sepeliretur, ibidem Casu. 31.

Si tertiò admonitus ab Episcopis, noluit eis facere iustitiam, excommunicatio. 7. casu. 1.

Si exegit, vel exigi fecit pedagia à personis ecclesiasticis, vel alia onera, ibidem Casu. 5.

Si Christianos naufragium patientes spoliauit bonis, ibidem Casu. 10.

Si grauauit personas ecclesiasticas, vel eorum consanguineos, quia noluerunt eligere, quem volebat, ibidem casu. 14.

Si regalia, vel custodiam, & huiusmodi sibi vsurpauit in ecclesijs vacantibus, ibidem casu. 15.

Si extorsit absolutionem ab aliqua censura per metum, ibidem casu. 17.

Si compulit prçlatos ecclesiasticos ad submittẽdum ei bona ecclesiarum, ibidem casu. 21.

Si interdixit suis subditis, nè coquant, molant, & huiusmodi personis ecclesiasticis, ibidem casu. 26.

Si procurauit aliquem occidi facere per assasinos, ibidem Casu. 31.

Si concessit represalias contra ecclesiasticas personas, ibidem casu. 33.

Si impediuit visitationes monialium, ibidẽ Casu. 39.

Si immunitatem ecclesiasticã violauit capiendo homines in ecclesia, vide, immunitas, per totum.

Si præsentauit indignos existens patronus alicuiꝰ ecclesiæ, vide ius patronatꝰ. S. 18.

Si fecit promoueri indignos, & si pro pecunia, quia vltra mortale est simoniacꝰ. Vide simonia. 3. S. 1.

Si voluit, quòd primò beneficia ab ipso petantur, quàm a Papa, mortale est, nisi aliqua rationabili causa faceret, puta nè indignis darentur, & huiusmodi.

Si fidem seruauit promissam, Vide pactum S. 4.

Si soluit seruitoribus suis, & creditoribus, Vide solutio. S. 3. cum seq.

Circa ecclesiasticas personas, & primò circa Clericos in communi.

Si est irregularis, & quando, vel quomodo incurritur, habes, irregularitas primò, per totum.

Si est suspensus, & in quibus casibus incurrat eam, vide, suspensio primò, per totũ.

Si recepit ordines simoniacè, vel à simoniaco, Vide, simonia. 6. S. 9.

Si recepit ordines i peccato mortali, vide Ordo. 2. S. 3. & 4.

Si executus est ea, quæ sunt ordinis in peccato mortali, vide, Clericus. 8. & Eucharistia. 2. S. 5. Eucharistia. 3. S. 15. & 24.

Si existens excommunicatus, vel interdictus, aut suspensus ministrauit, vide, Irregularitas, primò.

Si non portauit tonsuram, vel habitum, vide, Apostata. S. 1. & 2. &, Clericus. 4. S. 1. 2. & 3.

Si immiscuit se negotijs sæcularibus, vide Clericus. 9. S 3. cum seq.

Si exercuit inhonesta clericatui, vide, Clericus. 10. per totum.

Si est debitè literatus, vide Clericus. 2. per totum, & Episcopus. S. 26.

Si fuit ordinatus ante ætatem debitam, vide, ætas per totum.

Si dimisit horas canonicas dicere, vide, Hora. S. 3. cum 8. S. sequentibus.

Si

Si dicendo voluntariè se occupauit in aliquo alio, Ibidem. S. 26.

Si non benedixit mensam, nec gratias reddidit post cibum. Vide, Cleric⁹. 12. S. 3.

Si exercuit officium ordinis sine debitis paramentis, vel modo. Vide, missa. S. trigesimoquinto.

Si celebrauit in ecclesia polluta, vide, Consecratio ecclesiæ. S. 8.

Si celebrauit tempore interdicti, vide, Interdictum 8. per totum.

Si celebrauit ad faciendum maleficia, vide, Missa. S. 54.

Si celebrauit non ieiunus, Ibidem. S. 3. cum duobus sequentibus.

Si in altari execrato, vide, altare. S. 2.

Si plusquam semel in die, Vide, Missa. S. quadragesimosesto.

Si cum hostia, vel vino corruptis. Vide, Eucharistia. 1. S. 1. cum sequentibus.

Si cum euagatione mentis, Vide, Missa. S. 2.

Si nimis rarò celebrauit, Ibidem. S. 43. & 44. vbi melius.

Si ante diem, vide, Eucharistia. 3. S. 36. & Missa. S. 41.

Si existens in aliquo notorio delicto, Vide, Clericus. 8. S. 4.

Si habita pollutione celebrauit eadem die, vide, Eucharistia. 3. S. 28.

Si promisit alicui dicere missas, & non dixit, vide, missa. S. 52. cum seq.

Si existens bigamus portat tonsuram, vide, Bigamia. S. 12.

Si nimiam habet conuersationem cum mulieribus, Vide, Clericus. 5. S. 2. & alijs sequentibus.

Si participauit cum excommunicatis in diuinis, vide, Excommunicatio. 5. Casu. 4. & Excommunicatio. 4. & 3.

Si fuit falsarius literarum apostolicarũ, Vide, Excommunicatio. 5. Casu. 3.

si sepeliuit interdictos, excommunicatos, vel vsurarios, vide, Excommunicatio. 7. casu. 28. & 36.

si vsurarijs manifestis alienigenis domos concessit ad fœnus exercendum, Ibi. casu. 32.

Circa beneficiatos vltra prædicta interrogetur de infrascriptis.

si obtinuit beneficium per simoniam, vel per preces carnales, aut aliud turpe, Vide, Adulatio. S. 2. & symonia. 3. & 5. & 6. per totum.

si est indignus propter literarum ignorantiam, vel aliud canonicum impedimentum; puta quia infamis, irregularis, corpore vitiatus, & huiusmodi, quia sic tenetur resignare in manibus valentis accipere resignationem, de quo vide, Beneficium. S. 43. & nisi fuerit cum eo dispensatum, vel in casu, vide, corpore vitiatus. S. 4.

Si obtinuit beneficium non intendens clericari, vide, clericus. 7. S. 5. & 6.

si permutauit beneficia, vide, permutatio. S. 1. cum seq.

si renuntiauit beneficio simoniacè, vide, Renuntiatio. S. 9. & 10. S.

si facit residentiam in beneficio suo, vide, Clericus. 7. in multis.

si habet plura beneficia, quorum vnum sufficeret, vide, Beneficium. S. 34.

si fecit quatuor partes de fructibus beneficij, vide, clericus. 5. S. 1.

si habens patrimonium seruauit, vt viueret de ecclesia, Ibidem. S. 2.

si expendit fructus beneficij in vsus inhonestos, Ibidem. S. 4.

si male tractauit ecclesiam, & eius ędificia, vide, clericus. 3. S. 1.

si vasa, & paramenta ad diuinum cultũ tenet immunda, vide, Vasa sacra.

si alienauit bona ecclesiastica, quę seruando seruari poterant, sine legitima causa, & cum debita solennitate, vide, Alienatio, per totum.

si locauit sub annuo censu vices suas alteri, vide, simonia. 2. S. 25. cum duobus sequentibus.

si induxit ad vouendum, vel iurandum de eligenda sepultura in sua ecclesia, Vide, Excõ. 5. casu. 14. & sepultura. S. 35.

si leges, vel physicam audiuit, vide, Excommunicatio. 7. casu. 7.

si habentes eligere non elegerunt meliorem, vide, Electio. S. 21.

si appetunt episcopatum aut prælationem superiorem, vide, Episcopus. S. 2.

si malè administrauit bona ecclesiastica vide, Administratio.

71 Circa prælatos habentes iurisdictionẽ maximè episcopos, vltra prædicta.

Si

Si electus se fecit confirmari, Vide, confirmatio electorum, per totum.

Si non correxit publicos criminosos, vide correctio.1.S.3.&, Episcopus, in princi. & S. 10.
